

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Medicorum Silesiacorum Satyrae, Quae Varias Observationes, Casus, Experimenta, Tentamina Ex Omni Medicinae Ambitu Petita Exhibit ...**

## Specimen V


Wratislaviae: Lipsiae: Korn, 1737

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821935836>

Band (Druck)

Freier  Zugang





Zinnin dreizehn Leptus.

Ma - 3605.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn821935836/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821935836/phys_0003)

DFG



MEDICORVM  
SILESIACORVM  
**SATYRAE,**  
QVAE  
VARIAS  
**OBSERVATIONES,**  
CASVS, EXPERIMENTA,  
TENTAMINA,  
EX MET.  
OMNI MEDICINAE AMBITV  
PETITA,  
EXHIBENT.  
**SPECIMEN V.**  
*CVM FIGVRIS.*

---

WRATISLAVIÆ ET LIPSIÆ,  
IMPENSIS JOH. JACOBI KORNII.

1737.

MEDICORVM  
SILESIACORVM  
SATYRAE  
GAVE  
HIPPOCRATES  
EPISTOL. AD CRATEVAM.  
ΠΟΛΛΑ ΉΜΕΑΣ ΘΝΗΤΟΣ ΕΟΝΤΑΣ ΛΑΘΟΙ,  
ΑΤΕ ΜΗ ΠΑΓΧΥΔΙ ΑΤΡΕΚΙΗΣ ΕΤΤΟΝΕΟΝΤΑΣ.  
MVLTA NOS, QVI MORTALES SVMVS,  
LATENT,  
UT POTE NON OMNINO PER VERITA-  
TEM CORROBORATOS.

OMNI MEDICINAE AMPLIA  
PETITA

EXHIBENT.

SPECIMEN.

CVM FIGARIS.

IMPENSIS JOH. JACOBI KORNILII  
ARATRIVALE ET LISSE

1593.



# OBSERVATIO I. ANONYMI.

*Carbonum viuorum vapor noxius,  
& exitialis.*

**I**nter causas morborum inopinatorum, subitanæque mortis non postremum locum sibi vindicare videntur CARBONES ARDENTES, quorum exhalatio vaporosa, nempe virulentis & infensissimis, imprimis actionibus vitalibus animalibusque, seclusis neque ceteris, particulis referta, si inconclavi minus spaciose copiose coactatur, & idcirco se per inspirationem vesiculis & vasis pulmonum insinuans, imo & sanguini se immiscens, robur eorum expansium, quo sanguini liberior pateat transitus, infringens, aerisque purioris illapsu resistens ac narcotica vi sua per poros vasorum, & membranarum narium, faucium irrepens, cerebrum partesque eius unitas contaminans, duntaxat non modo grauem suppeditat noxam, sed & nece ipsa celeriter homines aliaque animalia perimit. Ad corroborandum assertum non placet in amplum historiarum expatiari campum, cui tamen volupe

similes luctuosos casus nosse, is non paucos  
apud MARCEL. DONATVM *Hiflor. Med.*  
*Mirab.* FORESTM lib. X. obseruat. RAMAZ-  
ZINVM de Morb. artific. LANCISIVM de mor.  
Subitan. Celeberr. ALBERTI Prax. Specialis.  
Celeberr. HOFFMANNVM *Med. Rational.*  
*Systemat.* Part. II. pag. 298. Clarisf. ADOLPHI  
dissert. De Conclav. Aegrotant. SCHENCKIVM  
lib. II. obs. Tit. de Suffocat. AMATVM LVSITA-  
NVM, SOLENANDRVM, WELSCHIVM,  
LOSSIVM. HISTOR. ACADEM. SCIENT.  
PARISIN. reperiet, inter alios & GERBETZ  
*Chronolog.* *Med. Pract.* Ann. III. Seu 1699.  
§ XXIII. pag 229. refert. tres milites Cæsareos  
inclytæ Legionis Swindianæ in Carniola circa  
Leopolin hyemali tempore intugurio rustici,  
carbonum igne luculentissime calefacto inter  
epotationem lagenæ vino adusto repletæ, af-  
fectu suffocatorio-soporoso, duos reuera ex-  
stinctos, tertium vero ægre seruatum fuisse.  
Nec pariter reticendum fatum illud in recenti  
memoria versans, quod 1715. in vigilia Natali-  
tiorum festi Jenæ tribus thesaurorum effessori-  
bus vere infelicibus accidit, quos recordor &  
hic tanquam ope dæmonis mulctatos a circum-  
foraneis cantatoribus, commenta sua anilia  
quaquaversum disseminantibus, proclamatos,  
pictisque tabulis, arrogante poëtarum atque  
pietorum licentia solemini, fuisse delincatos:  
quam rem ut arduam, multisque ambiguam ex-  
amussim prælausdatus HOFFMANNVS tracta-  
tus

## OBSERVATIO I.

tu speciali, nunc annexo scriptis de iuenda valetudine pag. 539, vid. & Eiusdem Med. Consuli. Part. V. Dec. III. Cas. IV. pag. 182. seqq. enucleauit, ac causam spretis obgannientibus in exhalationes nociuas carbonum huius funesti casus, solidissimis rationibus, & multiplici edocet us experientia rejecit. Non absimile fatum experientur & hic ante quinquennium mense Novembri infauustum, cum ob algidam hiemem asperumque gelu, vnde & haud ita paucos mors subitanea extinxit, duae ancillæ in domo quadam ciuitatis seruientes: ambæ gaudebant optima prosperaque valetudine, & temperamento sanguineo; ex cubitum euntes ob paulo frigidius conclave,, & glaciam auram,olla carbonibus carentibus repleta, occlusis ubique perbelle fenestris, portisque, ac ita aëris liberorem aditum impeditentes, cameram calefacere, & se ab iniuriis brumæ tutari conantes, sanae & incolumes sese somno tradunt: altero mane iamiam domesticis omnibus euigilantibus, cum nulla famularum ad expedienda munera se accommodaret domestica, herus nil vati cinans boni conclave adit, in quo cubabant, occlusum vero arcte ostium offendens, illas vociferationibus modo lenioribus, modo gravioribus, fragore, strepitique manibus portæ allis exercefacere frustra molitur; Istha terrore, partim & ira percussus vi illam per alios in subsidium vocatos perfringere conatur. Sed ecce lactuosum spectaculum: vna nempe

A 3

cor-

corpo dimidio lectulo affixa, reliquo interram prostrata, iamiam exanimis diem suum postremum, spumam anteos monstrans, atroque in facie tincta colore, & fatalem peregit. Altera vero etiamnum paroxismo conflictans spastico-epileptico, morti proxima, vix ac ne vix quidem congruorum & efficacium medicamentorum ope, ac ex omni parte petitorum orci faucibus potuit extorqueri, quæ quidem demum euasit, attamen diu valetudinaria, serius pristina sanitare, integroque robore recuperato, vixit. (\*) Omnia hic iudicia, ac sententia.

(\*) Nostræ concionis cuidam membro, in academiis adhuc constituto similis innotuit casus. Vocabatur enim media nocte ac duos studiosorum famulos in angusto conclave hiberno tempore somnum capientes, furno ferreo instructo, lignis prunisque accessis calefacto, cuius tubus fumum emitens iusto citius occlusus erat, facta ad hunc usum valuula. Alter eorum, & quidem pueritiae annos adhuc agens, subito somno expergefactus insigni se correptum sentiens vertigine, & vomituriendi conatu, alterum ætate iam prouectiorem, ut sibi auxilium ferat, anxie atque repetitis vicibus implorauit. Quum vero socius ad omnem vociferationem surdus & mutus, imo manibus agitatus immobilis maneret, a puero per-

tentias ob hunc inexpectatum casum, partim  
inter plebem, partim doctiores enatas multis  
verbis recensere non lubet, id vnicum meretur  
notari, vulgum, prudentioresque non paucos,  
causam in terrorem magnum si non per ipsum  
aspe-

territo mortuus ceditus est, ipseque puer,  
quia vertiginem reliquaque sibi molesta  
symptomata singulis momentis in peius rue-  
re sentiebat, ex lecto prossiliens ad ianuam  
properat. Quum vero pedibus quasi pa-  
ralysit acris, neque erectus stare, neque li-  
bere incedere posset, rependo demum per  
terrā, proposito potitus est. Aperta  
ægre ianua, alta voce & dominum & alios in  
vicinis cameris dormientes expergefactos,  
in auxilium anxie advocat. Aduolantes  
statim, puerum extra limen patentibus ad-  
huc ianuæ valuis sine sensu, sine voce quasi  
semimortuum iacentem, & crebris laboran-  
tibus vomitibus inueniunt. Insigni terrore  
e fabula inexpectata incognitaque, nato  
percussi, medicinæ tunc temporis studio-  
sum, nunc Doctorem nostræque societatis  
membrum, in eadem domo fruentem ho-  
spitio accersunt, qui, ingressus conclave  
vaporem quendam fætoris sulphurei ingra-  
tissimi, caput sibi temulentia affidentem,  
olfaciens, statim mali causam suspicatus est,  
famulumque pro mortuo iam habitum, &

ele-

aspe<sup>c</sup>tum dæmonis subministratum, saltem in  
huius farinæ æqualia, puta spectra, conieciisse:  
quam vana, fragilis, & commenticia hæcce  
fuerit

eleculo ac ipsa camera extrahere, atque li-  
beriori aëri exponere iussit. Quia vero nul-  
lus remediorum adparatus statim ad manus,  
& nihilominus periculum erat in mora, præ-  
longam anserinæ alæ pennam oleo oliuarum  
illitat, famuli, quem graui per carbonum  
sulphur narcoticum excitata syncope labo-  
rare præsumebat, in fauces & œsophagum  
profunde satis intrusit, eamque hinc & inde  
trahendo, naturam quasi letali quodam stu-  
pore suppressam ad vomitum incitare, &  
ita profligato veterno funesto, modo ali-  
quid vitæ adhuc restaret, cuius tamen exigua  
profecto adparebant signa, respirationem,  
concusso diaphragmate, reuocare conatus  
est, præsertim quum obseruaret, puerum  
sponte aliquoties recurrente vomitu ad se  
redire, mentisque compotem iterum fieri.  
Experimentum etiam feliciter cessit, vt ex-  
citato vomitu, eo, cui iam facilis descensus  
auerni, gradum reuocare, superasque ad  
auras euadere, sine opere & labore datum  
esset. Vterque deinde, miraculi ad instar,  
Charontis cymbae, quasi diuina quadam ma-  
nu extractus, analepticis remediis & volati-  
libus refocillatus, febricula corripiebatur,

hac-

## OBSERVATIO I.

fuerit coniectura res rite pensata edocuit.

(\*\*) Etenim ponderatis omnibus circumstan-

A 5

tiis

hacque conuenientioribus remediis tractata,  
post aliquot septimanas, recuperatis de-  
mum viribus iterum cum sanitate in gratiam  
rediit. COLLECTORES.

(\*\*) Tam ridicula mortalium communiter  
esse solet ambitio, vt, si effectus cuiusdam  
inopinati aut mirabilis causam non statim  
manibus palpent, suam non inscitiam & sci-  
entiæ sufficientis defectum incusent, sed, ne  
stipites videantur, mox, nescimus quem,  
cacodæmonem mille fraudum artificem im-  
misceant, eumque stultitiae suæ velum fa-  
ciant, vt malitiam quorundam, studio ne-  
fandæ superstitionis semina, aureæ spem  
h. u d raro messis suscitantia, in vulgus spar-  
gentium in præsenti taceamus. Hercle !  
Si diabolo coram iudicis terreni foro, ac-  
cepto faluo, quem vocant, conduci, appa-  
rere, homines in ius trahere, actionemque  
iniuriarum contra terræ ciues instituere li-  
ceret, heu ! quantos processuum strepitus  
excitaret, sibi honoris iniuste læsi restitu-  
tionem, innocentiae, quam nocens etiam  
alias sit, quam ne cogitarit quidem actiones  
communiter ab inscia plebe eius præstigiis  
imputatas, multo minus perpetrauerit, te-  
stimonia validissima saltem hac in parte ex-

CHAR. VIDEOL. peto

tiis, & examinato minus spacioſo conclavi, repositaque in illo sat grandi olla viuorum carbonum, non potuit non quisquam concludere, ma-

peteret. Certo perſuasi ſumus, malum genium ſpectris homines terrentem, alapas eis inſigentem, ut ex fuggillatis veltigiis colligere volunt creduli, colli contortione mortales necantem, aliasque huius furfuris historias, vel ſi conuenientiori malles titulo notare, fabulas ludentem, cum multis aliis iphis potentiae adſcriptis insolentioribus phænomenis, in fumum & vaporem ſæpius, ac credi ſolet, abiturn, modo Medicis vel aliis, vulgi præiudiciis non obcœcatis, iisque Physices haud ignaris, concederetur inquisitio. Quid notius eft in Meditrinæ facerdotum annalibus, horrendis noxiorum & omnium interdum crassiorum ſenſuum percepſionem effugientium vaporum & effluuiorum effectibus? nil profecto. Nonne haud raro vapor, quem candela ſebacea ſubito extincta eructat, ſensibilioribus ſubiectis Lipo-thymias, aut in feminis grauidis, tenerioris texturæ abortum excitauit? Neminem certe medicorum tam inexpertum putamus, quin alterutrum ſi non utrumque, interdum obſeruarit. Jam instituatur cum aliis, eisque magis longe actiuis athmosphaeram insufficientibus exhalationibus comparatio.  
COLLECTORES.

manibusque palpare, exhalationes has e prunis  
exsurgentess, virulentia, & noxia sua qualitate,  
causam & ansam huic tragico, & exitiali effe-  
ctui dedisse. Ex quibus facile apparet, caute  
mercandum esse cum carbonibus, imprimis  
artificibus, qui in hypocaustis vndiqueaque oc-  
clusis, labores suos peragere assolent: caute  
& mercandum feminis, quæ, ut cum HOFF-  
MANN Med. System. Part. II. pag 300 loquar,  
arcendi frigoris causa, ollas carbonibus reple-  
tas, intraque muliebres vestes abditas, pedi-  
bus subiunt, grauiter enim inde luere femi-  
nas, & caput torpore (addo & annorum de-  
cursu, ad tempus cessationis mensium plenariæ  
tendentes, motuum spasmodicorum, colico-  
rumque, ac suffocatorio-hystericorum pathe-  
matibus) affici, non vna simplici, sed crebra  
experientia perspeximus.

## OBSERVATIO II. EIVSDEM ANONYMI.

*Erysipelas febre stipatum, corpus grauide  
totum perrepens.*

**H**onesta mulier annorum XXXIV. tempe-  
ramenti Sanguineo. Cholerici in septi-  
num mensem vterum ferens, mutationibus  
aëris, & eius vicissitudinibus magnopere expo-  
rita. præterito anno ob plethoram ac orgas-  
mum sanguinis, ortam partim ab animi pathe-  
ma-

mathibus, partim nimiis motibus corpus in curru quassantibus abortum subsequenti enormi hæmorrhagia vteri, ad quam compescendam labor magnus & opera necessaria fuit passa, frigidiori aura nimis incaute se exponens, Venæ sectionem alias consuetam negligens, ac variis vitiis in sex rebus non naturalibus committendis indulgens, circa crepusculum percellitur frigore, horroresque per unam alteramue horam durante, quem sine mora subsequitur calor febrilis indies magis increbescens. Adest tumor aliqualis capitis, dolore ardente, lancinante, tam in tota circumferentia, quam maxime circa parotides frontemque cute undique rubra, & ignea apparente, comitatus. Perbelle quidem ab ægrotis nostra agnoscebatur morbus, sed illum floccipendens, operamque dans ut illum uno iectu trucidaret, assumit pro sudore ciendo bonam dosin Tincturæ cuiusdam Bezoardicæ, ac extreme suppetias tumori, dolori, ac calori Erysipelaceo ferre contendens, peripheriam capitis Puluere Cerussæ copiose conspergit, Quum vero male inchoata cura, omnia in peius ruerent, nam facies totaque vicinia tumebat, dolores atrociiores, Erysipelas igneo suo ardore miseram grauissime excrucians, nec non delirium, calor febrilis, & fitis intensior, iecugatio corporis, & præcordiorum anxietas adiungebantur. Vocatus in auxilium omnia externe admota, amoueri iussi, & pro potu ordinata-

nario, loco cereuifiz, Decoctum Cornu Cerui  
rasi, tremoris Tartari, & corticum Citri recen-  
tium, interno vero ægrotæ vſu Mixturam re-  
frigerantem maritamat cum mixtura simplici,  
nec non Puluerem antispasmodicum nouum,  
cum Bezoardico minerali WEDELI permix-  
tum, substitui, ad quorum diligentem vſum  
tumor & dolor in facie paululum subsidebat,  
ac relaxabatur, in nucha colloque vero nunc  
igne sacro serpente, lacinatorii cruciatus, ac  
tumor, quibus ultra ferendis patiens se impa-  
rem eloquebatur esse, oboriebantur. Quod  
autem ægrotæ, delirio leuiter continuante, ca-  
loreque febrili non multum mitigato, de inter-  
no præcordiorum ardore conquereretur, autor  
fui ut nucha applicaretur fæcculus paregoricus,  
& discutiens ex Floribus Chamomillæ & Sam-  
buci compositus, Camphora conspersis. In-  
terea potiunculam ex Aquis refrigerantibus,  
confortantibus, admixtis pulveribus absorben-  
tibus, nitroſis, diaphoreticis, & cinabari fu-  
meret: res interim cessit ex voto, quum delirium  
in totum, calor febrilis cæteraque accidentia  
euanuerint ex parte, explicatione vero faccu-  
lorum malum a collo & nucha versus superiora  
& oculos reuerte batur; missis ergo his, dun-  
taxat internis auxiliatrices suppeditauit manus,  
idcirco rursus erysipelas ad partem inter caput  
& thoracem collocatam remeabat ac cursum  
suum per spinam dorii, apparentibus vescis,  
flauo, limpidoque sero plenis, febrem erysipe-  
lace-

laceam ut plurimum comitantibus persequebatur: (causam, cur hic, & pariter non in facie, colloque vesicæ enatæ, vide delineatam in Bresl. Sammlungen 20. Versuch Mens. Aug. pag. 146.) Porro inflammatio cum febre iamiam in collo & spina dorsi deferuescens iterumque per pectus & abdomen suboriente nouo incendio febris ordiebat symptomatibus præter magnam debilitatem, igneumque sensum internum ventris, qui non parum animum angebat ob HIPPOCRATIS Aphor. 43. Sect. III. Si mulieri prægnanti fiat in vtero Erysipelas, letale erit; multo remissioribus factis; Erysipelas pariter non totum in his regionibus cutem & ei proxime substratas partes commaculauit, sed tantum hinc inde maculis rubris, larisque per illum diuersimode dispersis fabulam suam lusit, in vesicas attamen non degenerantibus. Vtebatur ægra hoc rerum statu. & longo præter opinionem morbo, potiuncula diluente & temperante, combinatis pulueribus ex Antispasmodico nouo, magnesia alba, & Bezoardico minerali, per quos & intra paucos dies morbus eneruatus ex his partibus ad ignobiliora, nempe femur dextrum, totum nunc inflammatione infestans, repebat. Symptomata interna autem, ægram adhuc magnopere exagitantia, & debilitantia mitiora siebant: Proinde ad maiorem diaphoresin promouendam Essentiam Alexipharmacam S. F. AHLII, cum Spiritu Nitri dulci remixtam, interpositis nihilominus pulueri-

ueribus præcedentibus porrigebam ; qui morbum quidem relictis vesicis serosis, ad tibiam usque propellebant. Is autem in hacce parte felatis maculis, rubrisque exserens, dolore, ardore, & tumore ingenti apostema mentiente ægrotam magnopere excruciat. Rogatus ut doloribus acerbissimis, externo remedio succurrerem, suasi sacculos discutientes, & roborantes cumque parum prodescent, puluerem lenem Erysipelatoideum usurpauit ; persistit tamen Erysipelas in hac parte per aliquod temporis spatium, donec diligenter adhibitis remediiis præcedentibus per reliquum pedem, & eius digitos excurrendo prorsus ferocire, brachiis & crure altero intactis, desuerit, ægraque nostra ad pristinam sanitatem, saluo existente fœtu, præterlapsis tribus hebdomadibus, reuersa, viribus licet valde prostratis.

## SCHOLION AVTORIS.

Ratum igitur firmumque vetus adagium manet : Grauidas ægrotantes duplice periculo esse expositas ; vnde in curatione earum non solum oportet nosse, quæ morbo aduersantur ex amissim ipsi, sed & quæ profint prægnanti. Hinc docte RIVERIVS Lib. XV Praet. Med. cap. 26. ait : Morborum & mulierum habitus diligenter oportet circumspicere, vt illis remedia conuenienter aptari valeant. Hoc perpetuo in memoriam reuocantes, peccata omissionis leuiora esse peccatis commissionis, & satius esse, in redubia, infra subsistere,

quam

quam ultra debitos limites progredi: Quod & HIPPOCRATES graui effatu comprobat, inquiens lib. I. de morb. Mulier. Custodia & scientia multa opus est, ut in vteris gestent puerum, & enutriant, & reuadant ab ipso partu. Cæterum hanc specimen Erysipelatis, quæ nempe a capite versus alia membra serpendo, totum corpus peruagatur, rariorem esse testantur observationes: etenim Celeber. PELARGVS, vel STORCH obseru. Clinie, Ann. II. pag. 539. testatur hanc inter centenos patientes tunc temporis prima vice vidisse, quum tamen nunc plures in illius libris extent animaduersiones; Merenturque perlustrari Ephem. NAT. CVRIOSOR. Dec. I. Ann. VIII obs. LVI & die Bresl. Sasnlungen 20. Versuch loc. cit. Plurimi quidem Autores cum Rosalia, veteribus ζωση̄ seu cingulum dicta (\*) hunc morbum confundunt. Videatur & SCHECKIVS Obs. lib. V. vnum tamen eundemque morbum non esse, solidissimis argumentis elucidauit prælaudatus STORCH cit. lib. nec non Colleg. Præd. Stablian. editione II. pag. 663. quo loco & differentia horum clare & distincte traditur; & an venerandæ antiquitati morbus is notus fuerit? non placet curiosius indagare; notandum tamen est, in HIPPOCRATIS lib. VI. Epid. Sect. I. text. 29. vbi differ-

(\*) De veterum Zostere von der Gürtel-Krankheit legi merentur D. GEYERI müßiger Reihe-Stunden gute Gedanken part. VII. 1012.

rentiam febrium exponit, hanc inter sequentes inueniri, ait enim diuus senex: *Febres quidem aliae mordaces sunt manui, aliae mites - - aliae salsuginosae* (\*) *aliae PEMPHIGODES - - & id genus aliae.* Quisquis vero ex his febrem nostram Erysipelaceam iam vetustissimis Medicinæ parentibus perspectam fuisse (sicuti Hodier non more non per pauci plurimos morbos a grauissimis Autoribus ratione ipsaque experientia adstipulante pro recentioribus declaratos, ex quibusdam dictis veterum, dubiis autem magnopere penitiorem explicationem, vteriore remque necessariam habentibus, fragili coniectura pro antiquissimis habere acriter contendunt) adstruere satagat, ei bellum non inferam, aut lites mouebo, sed libere suam relinquam sententiam. Id vnum addo, ante paucos annos similis morbi in puerperis fere epidemici, historiam litteris ad me exaratis consignasse Excellentissimum PELARGVM, quam annectere cum venia illius arridet: *Huc usque scribit, per II. menses in praximea specialem apud puerperas, & quidem tales, que initio puerperii sitis leuanda causa cereusiam non solum copiose ingurgitarunt, sed & ex hac iuscula cocta sorbillarunt,*

affe-

(\*) *Salsuginosæ febres quid significant D.G. H. BVRGHARTO, videsis eius Epistolam ad D.D. HAHN Spec. IV. Mantis. num. I. Sa-tyr. noſt. insertam.*

affectum obseruavi; scilicet opprimebantur terminis-  
bus, obstructione, seu retentione Lochiorum, tumor-  
abdominis, ac molestia diarrhoea: Sedata hac tumor  
inflammatiorius Erysipelaceus genitalia occupauit.  
qui serpendo partim versus superiora, partim infe-  
riora, morbum quem in annalibus meis Rosaliam,  
das Flug- Seuer, nuncupauit, ostendit. Tres  
puerpere grauioribus in diæta commissis erroribus ex-  
spirauere, at septem vel octo aliae morbo tandem thoracem  
peruagante, artusque nodis ac tumoribus obsi-  
dente, conualuere. Nunquam in praxi mea tam  
apud adultos, quam infantes parilem effectum viden-  
di naetus sum occasionem, interea pro rariori epide-  
mico estimandus. Infantem recens natum puerpera  
hoc morbo extinctæ infestabat idem malum, quod a  
pedis unius digitis inchoando & versus pectus progre-  
diendo, deindeque descendendo ad alterum crus, in-  
tra XXXVI. horas misellum examinavit. Ante  
mortem sphacelus in cruribus, tribus vero vel qua-  
tuor boris post analysin, fetida & putrilaginosa  
corruptio apparebat. Hactenus ILLE. De quo  
plura in noua propediem speranda editione  
suorum annalium absque dubio comparebunt,  
intimiorque explicata reperietur historia.

OBSER-

**OBSERVATIO III.**D. GOTHOFREDI HENRICI  
BURGHARTI,

Medici Wratislauiensis.

*Tumor erysipelaceus abscessum minitans, per  
domestica peruerse tractatus, in cancrum  
occultum degenerans.*

**§. I.**

**V**irgo quædam annorum nouendecim, parentum pauperculorum filia, Rhachitide in annis pueritiæ vexata, immo ab incunabulis ferè sinistra vtens valetudine, hinc corpore maxime gracili, gibboſo, ac admodum breui paruoque prædita, circa decimum quintum vel sextum ætatis annum prægressis antea aliquoties recurrentibus narium hæmorrhagiis, dentium capitisque dolore, sensuque sub hypochondriis pressorio, & dorsi lacinatorio, artuumque extremorum grauitate, uno verbo solemini mensium adparatu, primam earundem eruptionem respiciente, tentatur. Qui deinde, quum natura suscepturn semel negotium, ad finem intentum, qua de causa nescio, nisi forte structuram corporis a naturali manifeste declinantem adcusare liceat, perducere non valeret, nullaque plane catamenia adparent, in alios motus sanguinem superfluum

B 2

con.

consumentes, id est extremi mox viii mox alterius pedis *Erysipelas*, exacto mensis spatio ordinario recurrens, degenerauit.

## §. II.

Hæc per anni fere spatium, si non ultra, misera patienter pertulit puella, donec varia, vetricularum suasu, externa opponerentur tumori *Erysipelaceo* periodico præsidia domestica, nemini tamen in mentem veniente phlebotomia. Cedit etiam voto demum inflammatio, per aliquot quiescens menses.

## §. III.

Sed oppido breue gaudium erat, *Erysipela-*  
ceus enim tumor occupat axillares denuo glandulas, locumque, ubi alias in puellis eius lacte-  
tis soriantes mammæ (quibus tamen omnino caruit) protuberant, ibi in altum eleuatus ab-  
scessum futurum minitabatur, quem iterum, na-  
sutæ in consilium satis inconsulte coactæ mulieres, antequam pus fundere inciperet, re-  
soluere, discutere, vel si mauis, repellere tentant, *Roob Sambuci* sub emplastri forma im-  
posito.

## §. IV.

Effectu nec ita voto non respondentे, natu-  
ra & hac vice, se, ab opere in salutem ægræ suscep-  
to, reuocare, vel potius deterrere, pa-  
titur, ita tamen ut puella grauissime pœnam  
peruersæ curæ iueret, peccante videlicet mate-  
ria,

ria, remedio acido tubulos cutis constringente, partim versus interiora pulsa, partim in glandularum canaliculis incarcerata, ibique fluidoribus sic particulis euaporatis, crassioribus & contrario coagulatis, & successu temporis acredinem rodentem indolemque quasi veneni induentibus, restagnante, puella labem concepit tam pulmonum, ut pectoris angustia dolorque inter respirandum punctorius superueniens testabantur, quam glandularum sub axilla & sinistri lateris mammariarum intumescentiam breui post in Scirrhum mutatam.

## S. V.

Perpesta deinde adhuc per semestre spatium mala modo recensita, indies autem in peius abeuntia, me demum adiit, meumque efflagitauit & precibus & lacrumis consilium. Inuenio adcuratori instituta inquisitione, ægram, quæ difficillime spiritum trahebat, non solum pulmonum vlcere uno verbo phthisi laborantem, testante id materia per tussim purulentæ copiosa reiectione, iamque præsente lenta febri, sed & cancro occulto obfessam, quem glandularum ingens tumor durissimus, cutis color ex liuido plumbeus, venarum huc repentium infarctus, statusque quasi varicosus, & imprimis internus & profunde fese exerens dolor punctorius, plus minus furens, periodos tamen suo augmento lunares seruans, & cum externi aëris temperie vel atmosphæræ

B 3

con-

constitutione, exacte conueniens, satis pro-  
diderunt.

## S. VI.

Ingenue ægræ fassus sum, rem esse diu con-  
clamatam, & omnem artis medicæ yim, mor-  
bo tam interno quam externo, ad extremum in  
vtroque loco vehementiæ gradum iam elato,  
inferiorem, sibique nihil aliud restare præter  
summi Numinis misericordiam. Quam, vt  
ardentissimis adiret precibus, suasor extiti, quo  
eam, ad Archiatrum istum, qui omnium affli-  
ctorum se ipsum medicum dixit, per beatam  
euocaret analysin, antequam cancer, qui in pe-  
ctoris glandulis adhuc lateret occultus, aperi-  
retur, doloresque & cruciatus horrendissimos,  
ipsis & heroicis interdum animis intolerabiles  
visos, excitaret. Quid enim in corpore omni-  
bus viribus spoliato, sceleti ad instar emaciato,  
& pulmonum labe immedicabili læso, succis-  
que impurissimis scatente, tentandum esset,  
certe non vidi, & præsentibus eiusmodi cir-  
cumstantijs cancri exstirpationem encheirisi  
Chirurgica suscipere velle, idem mihi videba-  
tur, ac mortem intentare innocentia.

## S. VII.

Tristis ergo abiit. Quia vero mentem cir-  
cumculit ergastulo misere maleque constructo  
multum ablimilem, rectam scilicet atque Chri-  
stianismi mysteriis optime imbutam, vt longo  
cum ea sermone hac de causa instituto, non  
sine

sine proprii animi commotione experiri mihi  
licuit, sinistræ sortis exinde suæ aduersitatem,  
mira pectoris constantia raraque patientia de-  
uorauit, suæque voluntatis desideria diuinæ  
prudentiæ beneplacito libenter renunciauit,  
spe freta adeo certa, ut insigni quadam spiritus  
alacritate mihi diceret: Se non posse credere,  
quod, cognita imbecillitate sua, numen opti-  
mum maximum humeris onus imponere vel-  
let, cui ferendo puellam imbecillem iudicaret  
imparem.

## §. VIII.

Nec hanc spem firmissime Deo confisam:  
ipsi fuisse ingratam, exitus probauit. Post ali-  
quot enim menses, cancro quidem magis ma-  
gisque intumescente, occluso tamen manente,  
febris hec tica, indies captis augmentis vires  
sensim sensimque consumens, animam ex mi-  
sello domicilio, quod haec tenus inhabitauit, ad  
meliores mansiones iucundiorumque vitam,  
migrare iussit, atatis, qua nunquam quid men-  
strua sint, aut mammæ vocantur, experta est,  
anno vicesimo completo.

## §. IX.

Corpus itaque male formatum, & maxime  
gibbosum, facili menstruorum eruptioni obesse  
videtur: Puellæ in iuuentute Rhachitide vexatæ,  
& deinceps valetudinariæ, difficulter menstrua-  
tæ euadunt: Mensibus tempore legitimo non  
ad parentibus, adfectus Erxipelacei haud raro-

oriuntur: Erysipelas in puellis mensium anomaliis obnoxiis, facile in consuetudinem degenerare, certasque periodos seruare solet: Erysipelatis tali periodico, conuenientius non datur remedium, prudenti venæ sectione: Medicus eiusmodi Erysipelatis curæ admotus, caueat sibi, ne morbum repellentibus adgrediatur, sed omnem ad mensium prouocationem dirigat methodum. placidam tamen, minime vero confusam, praecipitatam, aut sic dictam heroicam: Erysipelas incongrue tractatum, facile ab exterioribus ad interiores, easque nobiliores partes accedere cogitur: Glandularum tumores, qui iunctam sibi habent inflammationem, & per consequens abscessum minitantur, repellentibus adgressi, Cancro dant occasionem.

## §. X.

Aliud ratione postremi conseclarii subiungam exemplum, funestissimi etiam euentus, per *Roob Sambuci* in parem fere tumorem in considerate impositum, excitati. Quatuordecim videlicet annorum puella, pulcherima, plethorica, sano alias corpore & eufarco praedita pragressis leuioribus catameniorum moliminiibus, febre tentabatur acuta, eminus forte menstruorum negotium respiciente, cui die nifallor septima aut nona exanthemata purpuracea superueniebant, simulque parotidum sinistri lateris tumor, (\*) quem inflammatio eiusdem simul incipiens in abscessum mutare vide.

videbatur. Ne autem hoc fieret, Medicus tum in consilium adhibitus, abscessum egregio quodam resoluente, Roob scilicet Sambuci impeditre, materiamque puri destinatam discutere nitebatur. Impediebat etiam, spe votum non frustrante, imminentem iam abscessum, sed ita, ut pueræ sinistra genarum, fauces collique partes interiores ex metastasi materiae, gangrenosa inflammatione considerentur, dentesque cœrulescenti tingerentur colore. Qui affectus cunctis, quæ vel ars deinde subministrare potuit in cassum adhibitis, intra duodecim horas in sphacelum abiit ægrotam in ætatis flore constitutam, intra nycthemeron misere iugulauit. Discant igitur & Medici, & reliqui AESCVLAPII filii, ut muscerda piperi, feso immiscentes cautius mercari cum Roob Sambuci tanquam repellente, falso hucusque pro remedio resoluente & discutiente habito. Dici profecto non potest, quot iam abusus hoc remedii manifeste acidi genere natos, in praxi mea notare mihi contigerit, quum primarium sibi inter domestica præsidia arrogauerit locum, præsertim in Silesia.

(\*) Aut certe non legit, aut oblitus est, peruersum consilium qui dedit Medicus, loci apud Hippo. CRATEM Apb. CCVII. Coac. occurrentis, ubi diuinus senex de tuberculis post aures exortis, ardentibus maxime febris, qui, nisi iudicatore soluantur, aut maturescant (quid ergo si maturatio studio impediatur?) ægros interimant, paucis, sed ut solet, ex tripode quasi loquitur.

## OBSERVATIO IV.

D. GOTHOFREDI HENRICI

BURGHARTI,

Medici Wratislauiensis.

*Ouum verrucosum.*

§. I.

**P**ræsenti, qui agitur anno, & quidem septima die mensis Iunii adponerunt inter alia prandii fercula, oua ad duritatem cocta, pernæ comites, quorum unum variis gibbis, vel verrucis hinc inde erat obsitum, paruis videlicet, vix raphani semen & quantibus, mediocribus, lenti similibus, & magnis pisum referentibus, ut *Tab. I. Fig. I.* docet.

Varia de ouis, tam a naturali figura multum recentibus, caudaque instructis, quam externo cortici ratiore phænomena impressa vel picta monstrantibus, physici scripta reliquerunt, quæ legi possunt in NATVRAE CVRIOSORVM Ephemeridibus, in den Breslauer Sammlungen, BARTHOLINI Actis Haffnienibus, aliorumque obseruationibus.

§. II.

Ipsæ verrucæ vel monticuli reliquæ testæ continui, intus erant, caui nullo putamine, vel membrana alba ouis familiari, vestiti, sed materia quadam crassa, spissa, flauescente, vitelli ad instar, pallida (wie blasses halbgetrueckt).

ne

netes Dotter) quæ gluten quodammodo refe-  
rebat, pleni. In cocti ad duritatem albuminis su-  
perficie, parua adparebat foueola, a materia  
in verrucarum cauitate contenta, leuiter im-  
pressa.

## S. III.

Curiositate itaque ductus, interiora oui di-  
lignantius rimabar, sed præter consueta, nihil  
extraordinarii potui detegere. Ex regione  
apicis paulo depresso occurrebat in albu-  
mine locus versus vitellum intro spectans,  
quodammodo eleuatus, & reliquo albumine  
durior, qui dissectus, volumen quasi funicu-  
lorum alborum, teretium, tortorum, mire in-  
ter se conuolutorum & extremitatibus albu-  
men perrepentium donec euaneaserent, oculis  
monstravit. Sunt autem ista filamenta, reli-  
quo albumine tenaciora, nil aliud quam fibræ  
nerueæ, uno verbo, prima futuri fœtus stami-  
na, partim eundem componentia, partim ca-  
naliculorum alimenta, nutritioni & augmenta-  
tioni corporis pulli futuri destinata, vehentium  
vices in se suscipientia.

Mirabar omnino BLASIVM hac de causa consul-  
tum, in splendido de *Anatomie Animalium* opere  
prima pulli rudimenta, ante incubationem iam  
adeo distincte adparentia, non exhibuisse deli-  
neata, quum tamen in ouis ad duritatem coctis  
nullo negotio videantur. Quare LECTORIBVS  
haud iniucundum reor, si eadem oculis eorum  
*Tab. I. Fig. II.* depicta subiiciam.

OBSE-

## OBSERVATIO V.

D. GOTHOFREDI HENRICI  
BVRGHARTI,

Medici Wratislauiensis.

*Libelle seu Perle Sudetica.*

§. I.

**I**Vsto humidior anni præterlapsi tempestes, præter innumera quæ SILESIAE peperit mala, etiam INSECTORVM copioso PROVENTI mire fauebat, vt *Muscarum*, *Culicum*, *Verminumque* repentium myriades testantur. Hæc, si verbis OVIDII in *Pulte*, loqui licet amaralues, inimica erat non solum puellis, sed cunctis hominum ordinibus, & ea præfertim species *Culicum maiorum*, quam nostræ vrbis incolæ *Pimprenem* vocitant, & altera omnium fere *minima Keilhacken* nominata, ratione dolorificæ titillationis pungendo creatæ, molestissima reliquarum reperta est.

§. II.

Non quidem in ea sum sententia, ab omnibus eruditioribus Physicis dudum explosa, ac si *Insecta* ex putredine generarentur, sed tot experimentorum fide, tot rationum pondere certo persuasus sum, istud etiam animantium genus, suo modo non minus quam cætera perfectum, ordine naturali, hoc est, ex *Ouulis* pro-

prouenire, Cui vsui quæso tam adcurate elaboratis instructa essent generationis organis? Cur in sexus diuersitatem distincta? nisi forte pediculos, ab haut paucis animalium historiæ indagatoribus Androgynis adscriptos excipere velis, cur constantes adeo seruarent mutaciones? vt scilicet e reptilibus abeant in volatilia, hæc depositis ouulis iterum vermes a prioribus non distinctos procreent, & sic in infinitum suam conservent speciem. Cur, inquam, hæc omnia essent facta, si breuior daretur ea producendi ratio? In DEVVM certe Naturæ conditorem & auctorem iniuriosi mihi videntur, qui eum aut aliquid frustra, aut per ambages fecisse, quod paucis fieri posset, statuunt.

## S. III.

Interea tamen negare nequeo, commodam aëris constitutionem, & humorum putredinem, multum adiuuare vberem *Insectorum prouentum*. Deponunt enim plurima insecta ouula sua, in alia corpora, siue animalia, mortua nempe, sint, siue vegetabilia, imo ipsam interdum terram præsertim humidam, & numero quidem maximo stupendoque. Hæc fouet vbiique tempore, huius auxilio excluduntur. Tepori imprimis humido, simul debet originem putredo, huic corporum resolutio, & inde surgens liquamen, aptum & necessarium recens exclusorum vermium pabulum. Si ergo omnia, prout exigit infecti natura, amice conspirant, mirum

non

non est, ouula, si non cuncta, plura tamen, viuum edere fœtum. Deficiente vero uno vel altero requisito, necessum est, ouula omnia corrumpi, perire, aut ex multis interdum milibus vix unum reddi prolificum.

## §. IV.

Deinde curiosum, nec notatu plane indignum, taceri hic haut debet experimentum, olim a me, quum varia circa lumbricorum in corpore humano genesin mihi orirentur dubia, tentatum, quo expertus sum : *Quod una insecti species, ratione subiecti, cui ouula excludenda committuntur : & inde prouenientis nutrimenti varietate, miras patiatur mutationes immo adeo inter se non quidem specie, sed accidentaliter tantum figura distincta producat animalia, ut difficulter crederes, nisi perpetuum egisses spectatorem, tot insecta primo intuitu maxime sibi dissimilia, unius matris esse familiam.* Illustrari optime potest tentamen, ab ipsa hominum diuersa orbis climata terræque prouincias colentium differentia. Maxime profecto & figura, & proceritate, & colore, & vultu, & corporis habitu, aliisque, ne mentis indoles atque propensiones simul adferam, inter se differunt Galli & Poloni, Itali & Lappones, Hispani & Germani, Lusitani & Russi, Græci & Tatari, Hungari & Persæ, Caf-fari & Sinenses, Anthropophagi & Armenianiani, Aethiopes & Dani, Angli & Malabares &c. licet cuncti sint homines, suaque membra non alio

alio modo neque alio loco posita habeant. Immo experientia docuit, quod, si natio vna alterius terras diu inhabitet, post aliquot generationes inhabitatæ provinciæ naturam, consuetamque ibi incolarum figuram, formam, habitudinem & adspectum demum induat.

## §. V.

Experimentum vero sic se habebat. Muscam maximam, ex fusco cœruleam, hirsutam, eine grosse rauche Schmeiß. Fliege capiebam, eiusque ex ventre expressos vermiculos albos, viuentes, uno verbo termetes, die Schmeissen oder kleinen Maden, futurarum muscarum rudimenta vel ouula, in aliquot turmas dispartita, partim frusto carnis vitulinæ ex recens materiali animali secto, crudo, partim cocto; partim oleribus coctis; partim lactis coagulo caseoso meichen Quarck semiputrido, ab omnium autem insectorum commercio probe custodito, & ideo vermibus vacuo; partim piscibus coctis; partim denique fumantribus adhuc humanis excrementis imposui. Singula hæc corpora vitris amplioribus, charta aciculæ punctura perforata, ut aëri liberior concederetur illapsus, probe orificio clausis, immissa, arculæ vel armario vndique linteamine rariori circumlato, in eine sygenante kalte Küche inclusi, auræque tepidæ, interdum etiam pro re nata calidæ & humidæ, atque inde pendenti putrefactioni commisi. Hac bene procedente, termetes in-

car-

carcerati & ob omni muscarum consortio remoti, mox latiora vita signa exhibentes, de die in diem, altilium sufficienter saginatorum ad instar, maiores, crassiores & obesiores facti in vermes, nostra lingua Maden vocatos abierunt. Qui carne & excrementis vicitarunt, reliquos corporis proceritate & crassitie superabant, caseo saginati minores, oleribus & piscibus viuentes medii, teretes, albi. Quum deinde ad iustum corporis molem essent peruenti & nutrimentum deficere inciperet, in aurelias vel nymphas longe tamen ab erucarum & bombycum, immo inter semet ipsas, tam ratione magnitudinis quam figuræ & coloris, diuersas mutabantur. Ex aureliis vel nymphis demum, aucto quodammodo aëris calore, muscae prodibant, multum inter se dissimiles, quarum nulla species communi matri magis accessit, quam quæ carnæ, deinde excrementis erat enutrita, oleribus pasta vulgares muscas maxime retulit; caseo saginata, minima, longissime ab origine recessit.

Plura curiosa, attentione haut indigna, circa hoc experimentum, singulorum nempe factam indies mutationem, muscarum prouenientium uberem, tam ratione formæ, quam magnitudinis & coloris descriptionem addere potuisse, si mihi per institutum liceret esse prolixiori. Seruo tamen adnotata aliae, & quidem commodiori occasione, qua quædam de lumbricorum in humano corpore genese ex professo, quod aiunt, commentari mecum constitui.

§. VI.

## §. VI.

Hæc, obseruationi nuper a Venerando PARENTE, D. CHRISTOPHORO TIMOTHEO, Medico Reichenbacensi, litteris pridie Non. Iun. anni currentis ad me conscriptis, mihi communicatae præfari non incongruum duxi. Verba epistolæ hic pertinentia, latio donata sic se habent: *Mitto simul Tibi, mi Fili, paruae scatulae inclusa aliquot INSECTA; quaæ ingenti multitudine, intra hos quinque dies, per æra volitania, nubis ad instar, urbem nostram transferunt. Vulgus ea vocat ESVRIONES.* Hungerleider, propterea, quod alimenta capere non conspiciuntur. Plebs sibi, nescio que, fingit inde prodigia, quum etiam senes atate prouectiores se tale quid vidisse non recordentur. Inter ea tamen damnum buc usque obseruatum est nullum, quod gramine, segeti, arboribus aliisque talibus intulissent. Nostrum territorium relinquentia, Nimicum, Strelamque versus & Bregam iter suum instituisse fertur.

## §. VII.

Fuerunt autem, ut me paucis expediam, PERLAE, vel LIBELLAE. Schneider vulgo nobis vocatae, corpore protero, crasso minimi vel auricularis fere digiti ad instar, vnde decim per circulos in tot quatæ segmenta diuiso, hirsuto, ex flavo brunno, posteriori parte hamulis duobus mobilibus forcipem constituentibus armato; capite magno; oculis maximis splendentibus flavis; pedibus sex hamatis, hirsutis; aliis quatuor longis, latis, mire & affabre tex-

Spec. V.

C

tis,

tis, punctulis nigerrimis quadratis versus insertionem, & spatiis vellineis inter haec flauis, notatis; Thorace duro, ampio hirsuto, instruetæ, ut Tab. I. Fig. III. docet, anteriorem capitis faciem Fig. IV. simul exhibens. Nulli magis a IONSTONE Histor. Natur. Insector. lib. I. cap. VII. pag. m. 26. descriptæ PERLARVM speciei similes adparent, quam quæ Tab. XVII. num. I. delineata exhibetur, nisi quod ille glabrae haec hirsutæ sint, multoque longioribus pedibus maiorique capite gaudeant.

## §. VIII.

Ex paulo ante enarratis itaque coniicio, præsentes PERLAS, quarum ingerens ante annum hic loci obseruata est multitudo, ab haut paucis, credulis nimirum, prodigio similis tunc etiam habita, immo ab aliis, qui amplius quid sibi sapere videbantur, pro Cicadis vel Locustis falso vendita, effectum esse copiosæ præteriti anni pluviæ, & diuturnæ inundationis. Non quidem quod generauerit, excitata per inconsuetam humiditatem, æstiuumque deinde accendentem calorem fota, promotaque putredo, Infecta, sed quod vberiori eorum exclusioni admodum apta extiterit occasio mediumque. Quod autem a reliquarum Perlarum pulchritudine, corporisque structura ordinaria quodammodo recesserint, causam in natalitium locum diuersum, aut nutrimenta variata (§. IV.) coniiciendam esse puto.

OBSER-

## OBSERVATIO VI.

D. CAROLI WILHELMI SACHS,  
Medici Wratislauiensis.

*Rosa prolifera.*

**O**Mnes artes, elogio XENOPHONTIS, bonorum fontes, quibus iucunda de Deo sparsa sunt vestigia, tanto præstantiores habendæ sunt, tantoque maiori studio & honore colendæ, quanto nobilius & excellentius per tractant obiectum, quantoque maiores & vberiores in communem vitam effundunt utilitates.

Vt silentio hic alias, licet illas quoque illustres, præterea artes, quæ multas meruere laudes, artem tantum Botanicam, nempe scientiam illam omnia vel plurima vegetabilia, eorumque vires cognoscendi considerandam commendo.

Quam & Reges magnanimos, illustresque heroas inter ipsum etiam armorum strepitum bellique tumultum, vt alios, studio Apollineo haut addictos, non commemorem, olim & nunc studiose excoluisse, præter veterum monumenta, Bibliorumque codices, etiam recentioris æui historici abunde testantur E quorum serie, a CAMERARIO *Memorab. Med. Cent. III. artic. IX-XVI* diligenter recensita, tantum SALOMONIS omnium sapientissimi mortali-

C 2 um

um, quem a Cedro Libani vsque ad Hyssopum  
egredientem de pariete, hoc est, a maxime  
proceris celsissimisque arboribus ad minutissi-  
mam humoque depresso herbulam differuisse  
*Lib. I. Reg. cap. IV. vers. 23.* constat, exem-  
plum adduco, huicque addo FRIDERICI, III.  
Imp. amore notitiamque Botanices, quem,  
teste CAMERARIO *loc. cit.* Rei Herbariæ ita  
fuisse studiosum, ac adeo in ea profecisse, ut  
sæpius cum Medicis suis, animi reficiendi gra-  
tia de plantis earumque viribus sermonem in-  
stituere & prolixe disputare non erubuerit.

Nonne in Plantarum scientia vestigia diuinæ  
apparent prouidentiæ? quæ ab initio mundi vs-  
que ad nostra tempora perpetuam & indefes-  
sam humani generis gesit curam; Quumque  
post lapsum ADAMI multis ægritudinibus ob-  
noxii sint mortales, ad has debellandas, profli-  
gandas, cicurandas vegetabilibus imprimis  
virtutes viresque indidit egregias. Hinc her-  
bæ &c. quæ tantum in statu innocentiae nostris  
parentibus iucundum præbebant spectaculum,  
& balsamicis exhalationibus corpora eorum ab  
omni conseruabant corruptione, postea ad va-  
rias corporis nostri imbecillitates, & Morbo-  
nam vincendam facta sunt auxilia, imo expe-  
rientia didicimus, rerum magistra, herbarum  
vsu præsentem sanitatem conseruari, & amis-  
sam iterum restitu posse. Dies deinde diem  
docuit, Maiores enim nostri empirice vegeta-  
bilia perscrutando, eadem sæpius applicando,

ra-

rationibus accendentibus, firmum therapiæ Medicæ, quoad regnum vegetable, posuerunt fundamentum; & sic successu temporis addendo & corrigendo hodiernam faciem sibi acquisiuit Botanica doctrina.

Plantæ profecto stupendum summi Numinis monstrant artificium, nulloque ab artifice imitandum, aptissime enim omnia sunt elaborata, structa picta &c. miranda atque omnipotens inde Creatoris benignissimi manus, tam ex nutritione plantarum, quam vbiique conspicitur, palpatur.

Hisce vtilitatibus ex regno vegetabili nisi præferendum, tamen æquali pondere astimandum esse, usum illum credo in ministrandis alimentis. Scimus enim, quale adferat damnum annonæ raritas, ex qua innumera alia oriuntur incommoda, quorum verborum veritatem satis luculenter proh dolor! testata est anni præteriti frumentorum penuria, dum nostra Silesia, satis alias foecunda regio, coacta fuerit ab exteris alimenta petere. Deo autem T. O. M. gratias agamus imo ex pectore, quod preces clementissime exaudiuerit nostras, præsentique æstate dulci patriæ vberimam largitus sit messem, ita vt inuenierim spicas secalis centum & ultra habentes grana & cum hordeum alias tantum quatuor series granorum secundum longitudinem positas habeat, & spica in fasciculos disposita sit quatuor, qui ipsam axi dentato affixi constituunt spicam, inuentæ sunt

C 3

hor-

hordei multæ spicæ sex instruetæ seriebus. Sic rusticus quidam in pago Stampen, qui tantum agro suo seminis hordei modios quinque commiserat, post messem finita tritura, granorum illustratus est centum & quinquaginta modios. Præterea præsenti, qui gitur anno omnes fructus horræ magna copia colliguntur, & ipse met vidi, raram alias auem in nostro solo, fructus nempe multos ex ceraso racemosa uno pediculo, tres & interdum quatuor ferente. Et, ut in parenthesi dicam, luxurians Natura hoc anno quoque prorulit Tulipam in hortulo quodam nostræ urbis, ex uno pediculo tres flores natos exhibentem.

Certo ergo constat Botanices obiectum noble & excellens, regnum videlicet vegetable, ex quo tot alimenta diuersi generis & saporis, tot medicamenta egregiarum virium, tot iucunda mira colorum varietate radiantia petuntur spectacula, præ multis aliis mereri considerationem attentam, &, quum in communem vitam adeo amplam effundat vilitatem, iucundissimam scientiam pluribus aliis esse merito anteponendam.

Laudabile igitur est præ reliquis excolere plantarum studium, omni qua potest dexteritate, seposito procul fastidio, cum cognitionem vegetabilium, usumque illorum ostendat multuarium.

Interim sint hæc παρέγγεις quasi dicta. Cum vero,

vero, vt ad propositum veniam, (dum hactenus de vtilitate & iucunditate studii Botanices pauca commentari placuit) varia obseruaue-  
tim in regno vegetabili curiosa, ea, vt deside-  
rio vestro DNI. COLLECTORES publice te-  
stato satisfaciam, quæ oculis vestris haut in-  
digna iudicauui, vobiscum communico.

Accipiatis ergo ROSAM PROLIFERAM,  
Florem Veneris, paulo ante mihi transmissam.  
Est Rosa purpurea, TABERNAEMONTANO  
*Rosa prouincialis maior*, BAVHINO *Rosa rubello*  
*flore maiori multiplicato siue pleno dicta*, *Incarnata*  
vulgo nominata, ita constituta vt ex inferiori  
tanquam matre germinet altera quasi filia;  
quarum prior futuræ parens ita adparebat vt in  
eam verba AVSONII non adeo male quadrent:

*Nec mora ridentis calathi patefecit bonorem;*  
*Prodens inclusi semina densa croci.*

De altera autem filia nempe cum eodem AVSO-  
NIO dici potest:

*Hæc viret angusto foliorum testa galero.*

Confer delineationem Tab. III. Specim. II. Fig.  
III. expressam. Cæterum meum nunc est de-  
siderium, vt VOS DNI. COLLECTORES hunc  
laborem, licet leuissimum, æqui bonique con-  
sulatis, meque vltiori vestro amore, fauore  
& benevolentia dignemini. Hac spe fretus  
adiiciam consuetam Claufulam: Valete, plu-  
raque in posterum expe<sup>t</sup>ate.

## SCHOLION.

Prolixum haut difficulter possemus texere catalogum Florum, immo fructuum proliferorum, si extra oleas vel potius Rosas vagare liberet. Consultat, cui volupe est, eiusmodi luxuriantis naturæ specimina inspicere, NATVR. CVRIOSOR. Epbemer. Dec. I. Ao. IV. & V. Obs. LV. pag. 46. & Obs. XCIV. pag. 94. Rosas prolikeras duplia immo interdum triplici prole beatus, Mariæburgenses Pragenses & Altenburgenses, quam postremam sine hæsitatione cæterarum reginam merito dixeris, & die Bresl. Sammlungen 1719. Mens. Iun. Clasf. IV. Art. VI. §. 2. pag. 718 Wratislauenses exhibentes Botanophilis demum notum reddimus. hac æstate, initio nimirum. nisfallimur, mensis Iulii Cereum Americanum spinosum, cuius characterem genericum simul cum icone nitidissime depinxit Vir Celeerrimus, CHRISTOPH. IACOB. TREW in Acta. NAT. CVRIOS. Vol. III. Obs. CXXIX. pag. 393. in ipso SVDETVM gremio CERVIMONTIOnempe floruisse, quale quid etiam ante aliquot annos WRATISLAVIA in Excell. DN. L. B. de SPAETGEN S. R. C. M. Consiliarii latimi, amœnissimo hortulo, Palatio vicino, factum esse ex fida nobis constat relatione. COLLECTORES.

OBSER-

## OBSERVATIO VII.

Dysenteria, superueniente vomitu verminoso, letalis.

R<sup>U</sup>STICA QUÆDAM ALIQUOT VIGINTI ANNORUM FEMINA PLETHORICA, MENSE MARTIO, DIARRHOEA POSTEA IN DYSENTERIAM VERSA CORRIPITUR, CUI VARIA QUIDEM OPPONUNTUR DOMESTICA, SED INCASSUM. QUM MALO IAM PER TRES INTEGRAS SEPTIMANAS ESSET CONFLICTATA, CUNCTISQUE FERE VIRIBUS ORBATA, MOTUSQUE FEBRILES CONTINUOS, DOLORESQUE SENTIRET LANCINANTES ABDOMINIS INTOLERABILES, SITIQUE VEXARETUR CLAMOSA, MEDICUM DEMUM CONSULIT QUI PULUERES IN HOC ADFECTU IPSI ADMODUM FAMILIARES EX OCULIS CANCRORUM NEMPE CHRYSTALLO MONTANA, NITRO & TARTARO VITRIOLATO PARATOS, PAUCISQUE RADICIS IPECACUAN-BÆ GRANIS MARITATOS, SIMULQUE MIXTURAM EX EFF. CORTICUM AURANTIORUM & SPIRITU NITRI DULCI PORRIGIT. EADEMQUE REMEDIA MARITO, COMMUNICUM VXORE FATO IIISQUE IMMO FORTE VEHEMENTIORIBUS, SYMPTOMATIBUS STIPATO, ADFLICTO OFFERT. AEGRA PULUEREM ADSUMPTUM MOX VOMITU, EOQUE SIMIL ALIQUOT LUMBRICOS TERETES REIICIT, AGRO NE NAUSEAM QUIDEM SENTIENTE, LICET ALIUM COPIOSIUS DEPOSUERIT. ALTER PULUIS IN VXORE EUNDEN PRODUXIT EFFECTUM, VOMITUM VIDELICET VERMINOSUM, IN MARITO VERO CONTRARIO MODO, UT DICTUM EST, SESE HABUIT. AEGRA FEBRIM FIERI FORTIOREM, CALOREM AUGERI, VIRES MINUI

C 5

ob-

obseruat, maritus e contrario se mitius gerit. Post aliquot deinde dies, accedente extre-  
rum frigore, faciei pallore, sudoribus frigidis  
illa moritur, sphacelo, ut probabile videtur, in-  
testinis suborto; hic euadit pristinæ restitutus  
sanitati.

## SCHOLION.

Miris deprædican laudibus IPECACVAN-  
HAE radicem, Galli præsertim, in Dysenteria,  
& quidem, quantum nobis constat, non im-  
merito. Rarum itaque nobis videtur phæno-  
menon, quod pauca grana terreis & salinis mix-  
ta, in ægra vomitum excitarint, quum hoc no-  
bis euenisse vix recordemur, licet eiusdem ra-  
dicis puluerem cum similibus mixtum sexcen-  
ties in Dysenteria exhibuerimus optato semper  
successu. Primo quidem aliquoties aluum ad-  
huc mouere, at deinde expedita materia pec-  
cante leniter stringere, & dolores egregie de-  
mulcere solet, ut ad sacram quasi quandam  
anchoram confugiant in Dysenteria nonnulli.  
Funestum igitur morbi euentum, potius diu-  
turnæ moræ & peruersæ per domestica curatio-  
ni maximam partem, adscribendam esse nulli  
dubitamus, cui lumbrici suum etiam contule-  
runt symbolum. Vero enim videtur admo-  
dum simile, eos, partim humoribus ac redine  
imbutis, partim puluere Ipecacuanhæ suis e  
se-  
dibus vel nidis deturbatos, ad usque ventricu-  
lum sese contulisse, ibidemque vomitum exci-  
tasse, quia stomachus peregrina aut ipsi mole-  
sta

sta corpora non libenter diu in se continet. Quas autem, latentes in corpore humano vermes, fabulas easque interdum satis tragicas ludere consueuerint, nemini medicorum ignotum credimus, quum obseruationum volumina ad unum fere omnia, id satis, immo ad nau-  
seam usque testantur, ut & exinde mirum ne-  
mini videri possit, si & in praesenti casu lum-  
bricis multum, quoad euentum tristem, tribua-  
mus. Consideremus quæso Intestinorum pe-  
ristalsin in dysenteria haut parum auctam &  
deinde lumbricos per materiæ corruptæ acredi-  
nem irritatos, intestinorum fibris maxime ten-  
sis, crispatis, & ideo sensibilioribus factis,  
propinquius accedentes, eas rependo frican-  
tes, proboscidem vel os, hirudinum ad instar,  
ut communiter facere solent, parietibus vel in-  
ternæ tunicæ admouere, sugere ; nonne facile  
patet, eos, per hanc actionem, tunicas nerue-  
as, omni iam muco orbatas, magis irritare hu-  
morum copiosiorem affluxum causare, conse-  
quenter inflammationem, Dysenteriæ oppido  
alias familiarem, facilius excitare, & subse-  
quenti Gangrenæ & Sphacelo ansam dare  
omnino potuisse. (\*) Gangrænam sphacelum-  
que

(\*) Non parum Excell. D. KVNDTMANN  
circa puellæ cuiusdam, Cobalti quantita-  
tem exiguum, ut historia beneficij infra re-  
lata

que vitæ finem fecisse, & febris & præsertim caloris augmento, virium prostratione, extremonum frigore, Sudoribus algidis facie hippocratica abunde clarum est. Fluunt porro sua sponte ex præsenti casu sequentia conseraria: I. Ex Diarrhoea, monente iam HIPPOCRATE Sect. VII. Aph. l.XXI. Dysenteria, malum. II. In Dysenteria maxime valet illud:

*Principiis obſta, ſero medicina paratur*

*Quum mala per longas inualueremorās.*

III. Peruersa medendi methodus, per calida præsertim & stringentia, qualia vulgo domeſtica remedia eſſe ſolent, Dysenteriam facile letalem reddit. IV. Ipecacuanhæ puluis, in tempore præſertim, & morbi initio exhibitus egregium in Dysenteria eſt præſidium. V. Dyſenteria correpti, sphacelo ad vnum fere omnes decedunt. VI. Vomitus verminosus Dyſenteriæ ſuperueniens, malum.

lata docet, deuorantis mortem, lumbricis per venenum corrosiuum, irritatis tribuere videtur. Vide Mantissam Num. II. not. f.  
50.

OBSER-

## OBSERVATIO VIII.

D. CHRISTOPHORI TIMOTHEI  
BVRGHARTI,  
Physici Reichenbacensis.

*Experimenta cum succo vel Rore Aloes floren-  
tis olim facta.*

**A** LOEN Americanam Aculeatam Anno 1719.  
Mense Septembri in Horto PRAVSEN-  
SI amoenitate sua longe lateque celebrato, Pagi  
Ducatus Bregensis, vno lapide ab vrbibus Stre-  
la & Nimicio siti Illustrissimæ CZIEROTINÆ  
familia peculii meæque patriæ floruisse, multos-  
que tunc temporis ad se allicuisse, curiosos spe-  
ctatores, non omnium animis plane excidisse  
credo. Hanc vero mihi in memoriam iterum  
reuocant verba quædam in den Breflauer  
Sammlungen 1719. Mens. Octobr. Clasf. V. Artic.  
V. §. 2. pag. 483, occurrentia, meque haut pa-  
rum concermentia, sequentis tenoris: Die  
Blumen seynd an Couleur gelbe, und circa fun-  
dum calicis mehr grün; an der Form und Größ-  
se kommen sie denen noch nicht aufgeblüheten Li-  
lien überein, und oben gehen auch solche stamina  
weit heraus, welche in apice dergleichen antheras  
haben, in dem mittelsten stamine aber ist ein run-  
der Knopff, darinnen sich der Saamen befinden  
soll, wie der Gärtner muthmassete. Der Ge-  
ruch war angenehm und gleichsam ambriret.

Mit

Mit dem Auslauff des süßen Wassers aus den Blumen hat es die Beschaffenheit gehabt, daß solches allemahl des Morgens von 9. bis 10. Uhr herab geflossen, welches auf denen Blättern der Blumen ausgeschwitzet, auch sich innwendig eine Quantität eines Löffel volls desselben befunden, an Farbe ganz weiß, dünne und süsse, wie ein Zucker-Wasser, welches aber nach einiger Zeit eine gelinde Säure soll an sich genommen haben. (\*) Diesen Saft habe selbst wohl nicht gesehen oder geschmecket, weil ich zu rechter Zeit nicht zugegen gewesen, wie er geflossen, auch die Herrschaft solchen stets in Verwahrung genommen: Doch soll, wie ich gehöret, Herr Lic. B. ---- in Reichenbach etwas damit versucht haben, da des Gartners Aussage nach, ein brauner Balsam solte seyn erhalten worden, so vielleicht ein *Exiractum* oder ein dergleichen *spissamentum* wird gewesen seyn. Wieder Saft an denen Blättern und Stengeln geschmecket, und ob sonst etwas bitteres an der Pflanze zu spüren gewesen, davon kann voriehō nichts gewisses determiniren. *Schedulas igitur meas excussi, vt, quæ experimenta cum Rore florentis Plantæ, olim institui, & ad-*  
no-

(\*) Studio verba Dni. Referentis, licet prolixiora adduximus, vt pateat, quod, quum ipse natus non sit in succi constitutionem inquirendi occasionem, Hortulanus relatione in quibusdam deceptus fuerit.

notarii, pulueri & blattis eriperem, & harum rerum curiosis vltro exponerem. Fuerunt autem obseruationes sequentes:

- I.) Succus tenuis albicans, serum lactis colore referens intra florum calices, donec flos marcesceret, secretus, in dies ad dimidii cochlearis mensuram, ex singulis intellige calicibus, colligitur.
- II.) Collectio instituitur horis antemeridianis, ne accidente aëris calore euaporet, aut ab apibus turmatim ad flores aduolantibus, aut muscis aliisque insectis dulcedinem amantibus exsugatur.
- III.) Saporis erat dulcissimi sed ingrati & naufragi, ad Polypodii vel Liquiritiae dulcedinem quodammodo accendentis.
- IV.) Odor ingratus, herbaceus. Grusicht, Grüninhend.
- V.) Lagenulis vitreis, etiam probe obturatis, in frigidissima cella per vnum vel alterum diem repositis, conseruatus, acescebat, odorem spirans ingratissimum, brassicæ fermentatae putridæ ad instar. Wie verfault Sauerfraut. Simulque magis turbidus euasit.
- VI.) Hæc saporis, ordoris & coloris mutatio eo citius contigit, quo minus ab auræ, præsertim calidioris, commercio arceretur.
- VII. Integrum cochlear succi tam recentis,

quam acidiusculi adsumti, cunctis naufream,  
immo in quadam puella sensibilioris natu-  
ræ vomitum excitauit.

VIII.) Recens ante contractam aciditatem in  
Balneo maris per alembicum destillatus,  
Phlegma nullius fere saporis, odoris quod-  
ammodo gravioris exhibuit.

IX.) Acepsens, insipidum pariter præbuit  
Phlegma, sed odore priori ingrato magis  
imbutum, nulloque spiritus inflammabilis  
vestigio præditum.

X.) Magma in cucurbita remanens, ad Extra-  
cti spissitudinem leni euaporatione reda-  
ctum, brunnum exhibuit corpus, quantitate  
paruum, sapore paululum amaricans, odo-  
re ingratum.

XI.) Inspissatum istud magma viribus aluum  
blande laxantibus gaudebat, vt primo casu,  
deinde studio experti sumus. (\*)

Hæc sunt, quæ tunc temporis cum Rore Aloes  
tentauimus. Quibus adhuc addimus, quod  
eadem planta, raro exemplo, & alias incon-  
sueto, annis insequentibus, bis adhuc caulem

(\*) Denn der Henducke, der die Schahle, worin  
nen es inspissaret worden, aus Vorwiz ausle-  
ckete, bekam etliche Sedes, daher ichs ein paar  
anderen ad scrupulum dimidium eingab, und  
eben den effect darauf obserurete.

emiserit, & flouerit, quamuis caules posteriores altitudinem prioris non amplius æquarent.

## SCHOLION.

Per experimenta igitur facile potest coniici:  
 I. In Aloes succo vel rore principia contineri salino-sulphurea, ad volatilitatem prona, & inter se superficiali tantummodo mixta. II. Hæc vero non eius esse naturæ, vt, prævia licet fermentatione, in vinosam & consequenter spirituosam qualitatem vertantur, sed in totalem mixtionis destructionem abeant, relictis crassioribus saponaceis, id est, fixioribus & acrioribus salinis & sulphureis particulis. III. In quibus etiam vis aluum ducendi latere videatur. IV. Si enim vulgaris Aloes inspissatus succus, qui in aromatariorum tabernis venialis prostat, per expressionem ex foliis, L'EMERY Material Lexicon voce: *Aloe*, pag. m. 37. UNIVERSAL-LEXICON Tom. I. pag 1306. voce: *Aloe*, & deinde inspissationem adiuuante calore paratus purgat; facilis est conclusio Rorem Aloes in floribus digestum, digestione subtiliore & ideo dulcem redditum, euaporatis volatilioribus atomis, vim adhuc retinere laxantem; immo propter nauseosam dulcedinem, multis, præsertim sexui sequiori aduersam, virtutem emeticam. V. Si Aloes succus, vel spissamentum ex solo Rore. non autem per totius plantæ expressionem paratum haberi posset, blandissimum constitueret & tutissimum la-

Spec. V.

D

xans,

xans, vacuum enim esset futurum resina, Tormina, sanguinis orgasmum, immo haut raro hypercatharsin, aut contrarium interdum, obstinatissimam nempe alui obstructionem, molimina hæmorrhoidalia anomala, & quæ sunt huius generis alia causante. COLLECTORES.

## OBSERVATIO IX.

*Salis Anglicani in Podagra Vsus.*

**V**ix quidam quadraginta & quod excurrit, annorum eminenter plethoricus, eufuscus, vitæ antea vagæ, iam per aliquot annos magis sedentariæ deditus, spiritum frumenti subinde bibens, variis mentis commotionibus, imprimis iræ, sæpius obnoxius, cæterum sanus, & venæ sectionibus æquinoctialibus adfuetus, misere vexatur a PODAGRA, ita ut ad minimum quater in anno molestum coniuam honorifice excipere & per quatuordecim dies, immo haut raro integrum mensem alere cogatur, priusquam iterum pedibus insistere vel incedere queat. Mox occupat sinistrum mox dextrum pedem podagra, mox in gonagram, mox in chiragram vertitur, ubique intolerabiles excitans dolores. Quum nostrum peteret consilium, & morbum quidem satis atrocem, nondum tamen tophis stipatum sed in meris tan-

tantum spasticis motibus deinde per inflammationem solui solitis, adhuc consistentem, deprehenderimus, non omnem spem abiecimus, sed satis adhuc amplam, si non sanandi, tamen tolerabiliorem reddendi concepimus. Nostro igitur suavisimus podagrico, ut imminuenda plethorae causa singulis annis quater sibi venam, modo in brachio, modo in pede se- cari permetteret, deinde singulis mensibus drachmas sex, vel vnciam unam salis Anglicani in aqua, ut moris est, soluti, sumeret, præte- rea quantum posset, omnes diætæ errores, præsertim aromata, spirituosa, otium, iram aliasque vehementiores animi commotiones, uno verbo sanguinem in orgasmum præcipi- tantia cane peius & angue vitaret, e contrario vero sufficientem motum, potumque impri- mis dilutum, sibi haberet maxime commen- datos.

Quia vero hæc omnia ægro nostro vix suffice- re videbantur, eis addidimus infusum Thei- forme ex resoluentibus & moderate tonicis, verbi causa, Rad. Ari, Pimpin Alb. Caryo- phyllat. Pareir. Brau. Polypodii, Hb. Scolo- pendr. Melisf. Citrat. Abrotan. Capil. Vener. Chamædr. Millefol. Cort. Chinæ Cascaril &c. compositum loco Theæ ordinariæ sumendum. Quum æger ita per mensem futuro insultui be- ne præparatus, bisque iam Sale Anglicano usus esset, legibusque nostris diæteticis admodum obedientem fese gessisset, podagra corripitur.

D 2

sed

sed adeo miti, vt se intra hoc decennium, quo ipsi cum diro hoc malo conflictari necesse fuit, tam bene habitum fuisse, non meminisset. Alter paroxysmus deinde longe mitior iterum erat priori, tertius demum vix sentiri potuit, ab hoc curæ semel præscriptæ insistens per biennum, ad vsque præsens dum hæc scribimus tempus plane liber manxit, licet, vt ipse negare non audet, interdum vnum vel alterum diætæ commiserit errorem.

### SCHOLION.

Podagram Medicorum scandalum, ægrotorumque carnificem esse crudelissimum nemo facile negabit, nec vñquam fuisse morbum cui medici tam diuersa, tam ridicula, immo interdum superstitionis opposuerunt remedia, præter Podagram, omnibus constat. Integrum facile possemus replere volumen, tam medicorum sententiis mire haut raro inter se discrepantibus, circa podagræ naturam, eiusque materialem & formalem causam; quam ab omnibus mundi plagis, ex elementis nullo excepto, ex tribus naturæ regnis, immo ex cœlo quod ipsum haut raro petimus stultitia, & orco, quem si superi flecti nequeant, mouere solemus, id est, astrali, quem vocant, archæo mundique spiritu & diabolico ministerio petitis, corrasis, aduectis remedii; si tempus opinorum extrema sæpe stoliditate laborantium plausta aduehendo inutiliter terere, aut ca-

ma-

marinam mouendo Lectoribus nauseam ex-  
citare , & sic VOLVSI annalium ad instar caca-  
tam chartam , vt MARTIALIS (Catullus habet  
Carm. 37.) phras̄ vtamur , exhibere liberet .  
Sed ne suspensos diutius teneamus , qui nostras  
aliquid putare consueti nugas , paucis nostram  
intuitu Podagræ declarabimus mentem . In ea  
nempe hæremus opinione : Dolores podagri-  
cos non tam *a peccante materia* , sed potius *propter*  
*eandem oriri* , & sic magis *actiuos quam mere*  
*passiuos esse* ; vnde sequitur : Podagræ forma-  
lem rationem potius in *mouu* quam *materiae con-*  
*stitutione quærendam* ; Podagram exinde esse  
*sine sale* , *sine acreidine &c.* immo si quæ talia ma-  
nifeste in corpore podagrico reperiantur , ea  
non morbi causam sed effectum dicenda ; Cu-  
ramque demum magis ad *solidarum partium pœ-*  
*ternaturalem statum quam fluidarum meram cor-*  
*reptionem* , quæ absque fe- & excretione peccan-  
tium particularum ad impossibilia medicorum  
tentamina pertinet , & non entium catalogo in-  
seri meretur , dirigendam esse . Hæc ni falli-  
murus , innumera experientia , quarum vna legi-  
time facta plus apud medicos valet quam mille  
ratiocinationes , medicina clinica non specula-  
tiua nitente , sine gratis acceptis hypothesibus ,  
probari , & rationali eæque secundæ curæ in-  
stituendæ , si quid videamus , sufficere possunt .  
Posthabitis enim omnibus , quæ vel precaria-  
rum opiniuncularum , sit venia verbo , siue  
physicæ sint , siue chemicæ , siue mathematicæ ,

sive hyperphysicæ, sive astrologicæ, sive pneumaticæ, sive verminosæ, sive dæmoniacæ, sive sexcentæ alia, crepundiis & quisquiliis obcœcati obmurmurant; spretis in cœlum laude hypetbolice elatis arcans, mercaturam vel monopolium eisdem exercentium marsupiis oppido proficuis. Auri putatitiis tinturis, metallorum anodynis sulphuribus, salibus astrali nescimus quo genio grauidis & huius generis reliquis remedius, aut nullis viribus, aut eis tantum quas imaginaria & ideo falsa vanaque persuasio exclusit, consequenter nocentibus, præditis, sequentes nobis formauimus indicationes: I. Abundantiam humorum esse imminuendam & sordes primarum viarum eluendas: II. Spissescientiam liquidorum, ad quam satis pronum iudicauimus præfens subiectum, esse resoluendam & præcauendam, ut facilius & absque hæsitatione minimos in corpore tubulo transeant: III. Orgasmum & consequenter maiorem impulsu, indeque pendentem exilissimorum canaliculorum nimiam extensionem esse moderandam: IV. Spasticam partium fibrosarum stricturam esse demulcendam. V. Robur deinde iisdem maius conciliandum, vtr fluidorum impulsu fortius resistere possint, nec hæsitationi stasi, & per consequens doloribus & inflammationi ansam præbeant. VI. Aequalem denique fluidorum & per omnia corporis membra proportionatam distributionem, quoad fieri possit, efficiendam, & consequenter

ter irregularibus toni motibus ansam neruumque quasi præscindendos. Primam, venæ sectione sæpius iterata, & Salis Anglicani repetito vsu; secundam, partim infuso resoluente, partim motu, partim potu; tertiam, partim abstinentia a calidis, partim Sale Anglicano, tanquam nitroso & vitriolaceo produceto; quartam, itidem Sale Anglicano, hac in parte omnibus nostris encomiis superiori; quintam, infuso lenioribus tonicis, qualia sunt radix Caryophyllat. Pareir. Brau. Hb. Abrotan. Millefol. Cortex Chinæ, Cascarillæ maritato: Sextam denique omnibus collectiue sumtis & e remediorum farragine, & diæta legibus mutuo acceptis obtinere præuidimus, exitu iudicium & acta probante. Tam præsentem Salis Anglicani, quod non verum Epsoniensē sed ex nitro & oleo vitrioli factitium esse omnibus notum putamus, effectum se sæpius expertum fassus est æger, vt nobis plus simplici vice dixerit, quod, si diutius interdum eius protraxisset usum, aut notabilius in præscripta diæta, exactissime hactenus seruata, commisisset peccatum, ideoque molestam quandam in pedibus titillationem sentiret, ea, mox usurpato Sale, quasi per incantamentum profligaretur. Nostra Salem Anglicanum exhibendi methodus, vt nihil taceamus, talis est: Vesperi antecedente Salem sufficienti aquæ quantitati, quæ non adeo magna esse debet, quia æquali fere liquoris pondere soluitur, immittere solemus, vt

per noctem deliquescat, mane agitatum prius  
liquorem haurire moxque vnum vel alterum  
cyathum decocti Coffee superbibere, eoque  
interdum continuare iubemus, obseruauimus  
enim nil melius nauseam, tormina, admo-  
dum alias consueta cicurare, immo laxatio-  
nem promouere quam decoctum Coffee, qui  
vero hoc auersantur, loco eiusdem ius auenæ,  
vel hordei, Habergrūß oder Gersten-Schleim,  
passulis minoribus & corice citri recenti marita-  
tum adsumere possunt, licet, ut verum fateamur,  
nunquam effectum adeo laudabilem a iure  
præstitum, qualem a Coffee sciamus. Theam,  
quum, si viridis vel Imperatoria sit, Kaiser  
oder grüner Thee, adstringat, ac si altera sit  
species, quam Thee Boy vocant, nauseæ aut  
torminibus suppressis imparem experientia  
certiores redditi iudicemus, hac occasione iu-  
bemus exulare. Quæ restant ex præsenti casu  
fluentia consectaria, sequentia sunt: I. Po-  
dagra modo motuum sit vitium, neque tubu-  
losæ corporis structuræ iniurias intulerit, mor-  
bis incurabilibus immerito adscribi solet. II.  
Podagra neque multa, neque arcana & longe  
petita requirit remedia sed appropriatis naturæ-  
que intentioni congruis hanc difficulter cedit.  
III. Podagræ, & quidem ut corpus in maiora  
aut immedicabilia mala non fuerit præcipita-  
tum, per tentamina, aut meram discrasiaæ hu-  
morum & imaginariaæ peccantis cuiusdam ma-  
teriaæ salinæ &c, correctionem, aut incongrua-  
eua-

euacuationem verbi causa, Diaphoresin, emesin, catharsin per aloetica imprimis & resinosa, sanguinem fortiter commouentia suscepitam, salivationem mercurialem, &c. pro scopo habentia, curatæ; nullum fere prostat indubium exemplum. IV. Idem dicendum de tentaminibus per interna anodyna, opata, narcotica, aut externa topica stupefacentia, repellentia factis. V. Requirunt igitur Arthritico-Spaftici dolores ad vnum omnes imprimis Podagra post fluidorum emendationem, quæ tamen spiculis salinis angulos diffringendo; acida rodentia, scindentia, terebantia, pungentia in globulos innocuos lauigando, tornando; alcalia vrentia septica, mordentia in salia media vertendo aut volatilia figendo, fixa volatiliando; sulphura vaporosa peregrina, fera, cicurando; recrementa fuliginosa, viscida, tartarea, calcaria, alba, nigra, coagulata, præcipitando resoluendo, coquendo, digerendo, aliter colorando; Spiritus turbulentos, rebelles, immorigeros, iratos, inter se de summa potestate, vel si mavis lana caprina, litigantes, extra cancellos ab Archæo constitutos vagantes, profugos, frenando, ligando, incantando, demulcendo, capiendo, ad proprios carceres reducendo; fermentationem ultra modum au-  
Etiam sistendo; spumescentiam limites vasculorum egredientem repagulis oppositis coercendo; Obstructionem neruorum referando; Vermiculis morsu fibras adgradientibus, dilaceran-

D §

ceran-

cerantibus proboscidem amputando , aut dentes euellendo ; occultas qualitates per tot sacula in tenebroso DEMOCRITI putoe sepultas , per antipathiam , sympathiam , Sigilla , amuleta , insensibiles reddendo , magisque occultando profecto non absoluuntur : Sed superfluam quantitatem congruis evacuantibus imminuendo ; spissitudinem resoluendo & diluendo ; orgasmum temperando aut praecauendo ; impulsu cohibendo ; congesiones impediendo , facillime impetratur : Solidorum maxime curam , ut scilicet spastica constrictionis relaxetur , nimia extensio restringatur , laxitas præternaturalis roboretur , amissa restendi vis restituatur , totiusque systematis nervosi & fibrosi tonus æquabilis reddatur . VI. Plurimis hisce , præmissa venæ sectione in subiectis quibus necessaria iudicatur , satisfacit sal Anglicanum , in adfectibus Arthritico-Spasticis omnibus aliis , tam laxantibus , quam antispasmodicis palmam , non dubiam tantum reddens sed omnino præripiens . VII. Resoluentia blandiora theiformia , tonicis maritata , tunc demum in podagra aliisque arthriticis adfectibus utilia deprehenduntur , quando his sal Anglicanum iungitur . VIII. Huc multum facit conueniens diæta , nam non modo Medicus , monente HIPPOCRATE Sect . I. Aph. I. Sic comparare se debet , ut faciat id , quod factum opus est , sed & AEGER , & qui presto sunt , & que foris incidentur . IX. Quamdiu ergo solidæ

cor-

corporis humani partes adhuc integræ sunt, tamdiu medicus prudens, qua nos vtimur mendendi methodo multum efficiet, in podagra. Si vero iam nodi materia terrea tophacea repleti adsunt, aut tubuli fibræque obriguerunt, tunc actum esse de restitutione in integrum, & curam nostram in cassum adhibitam iri non est dubium, licet credamus tolerabiliorem quodammodo reddi posse affectum.

Hæc in haut paucorum solatium scripta inserere voluimus, iterum iterumque precantes partim medicos partim ægrotos, proposito podagram sanandi modo in posterum vsuros, vt, antequam tentamen instituant, omnia probe ponderent, quum inscios non credamus vnam circumstantiam multum variare rem, præser-tim in rebus medicis, quæ profecto illotis manibus tractari recusant. Medicina res est periculosaæ aleæ, & pharmaca etiam nobilissima in vera abeunt eaque perniciosissima pharmaca, si peruersæ, si inconsiderate si præpostere, si temere, si imprimis ab ægrotis nasutulis, & amplius quid sibi sapere videntibus, proprio consilio inconsulto medico adhibeantur. Salutari ergo monito pareant podagræ ad hysteriam medicam præ aliis quibuscumque valedicinariis proni & se dehortari patientur, vt a propria curatione, quam hic adeo facilem, adeo innocentem vident depictam, quam maxime abstineant, medico potius, modo sanatio-

ribus principiis sit imbutus , & ab impossibili-  
bus ridiculis, stolidis, naturæ, morbique indoli  
aduersis , in speciem quidem non autem veri-  
tatem comitis hypothesibus , vel præceptorum  
autoritate profectis præiudiciis alienus , obe-  
diant. Cui vero consilia nostra non dispi-  
cent, quique vberiorem eorum explicationem  
priuatam desiderat, huic numquam nos defu-  
turos pollicemur, nota videlicet nobis quædam  
adhuc alia malo descripto non minus proficia ,  
quorum tamen publicationem certis ex causis  
rerinere cogimur. Quibus igitur interest plu-  
ra scire , vel experiri, litteris sub titulo: *Say-  
rarum Medicorum Silesiacorum COLLECTORI-  
BVS* hoc in officinam Bibliopolæ nostræ IOH.  
IAC. KORNII ad nos missis , meliora ex-  
pe<sup>t</sup>et.



Mantissa

Fig. I.



OBS. IV.

Fig. II.



MANT. N°. I.



Fig. V.

Fig. III.




MANT. N°. I.

Fig. IV.



Fig. VI.





Mantissa

*Ad Specim. V.*

Num. I.

Epistola,

ad

Excellentissimum atque Generosissimum  
Dominum

DN. CHRISTIANVM de HELWICH,

Academ. Cæsar. Natur. Curiosor.

ADIVNCTVM,

&c. &c.

Qua differitur,

*De Cura Lactis & Sanguinis Antiquitatibus,*

Conscripta

per

D. GODOFREDVM HENRICVM

BVRGHART,

Medic. Wratislauiens.

---

VIR EXCELLENTISSIME,  
GENEROSE DOMINE,  
FAVTOR, eo, quo decet Honoris cultu,  
prosequende!

T Empus, quod a Clinicis laboribus mihi  
restat vacuum, eiusmodi studiis im-  
pendere vulgo soleo, quæ & delestant,  
&

& vſu non carent. Quales vero ſint occu-  
tiones, vtrumque merentes titulum, facile  
diuinare licet. Sunt enim TE ipſo, VIR EX-  
CELLENTIſſIME, iudice, *Antiquitatis Artis*  
*nostre*; quæ gemino ſcopo perbelle ſatisfacere  
videntur, quamuis longe ſapientia alia, quorun-  
dam forte ſententia, tam ſplendido indice di-  
gniores æſtumari confueuerunt, ſed

*Aliæ verſent alios curæ  
Ac ſollicitos paſſim faciant.  
Sint, queis auri ſiti egrum cor  
Coquit, & non ſinit eſſe quietos.  
Fastus multos rapiat cœcus,  
Ut tranquilli nusquam poſſent  
Ducere noſtem, aut roſeam lucem.  
Sit, quem frangit mater amorum,  
Animum lœti adimitque iocis,  
Lepidum dum ver æui mollibus  
Agitat ludis, atque iuuentam.  
Cor mibi melior flamma accendit  
Mentemque.*

*Nec metterent*

*Labor arduus, aut ſacli mores.  
Rudes at linquo vulgi cœtus  
Alios cernens nocte in densa.*

ut verbis REINECCII, Wittebergenſis Philo-  
ſophici Collegii, olim Adiuncti, alia quon-  
dam occaſione prolatis, in præſenti utar. Scio  
quidem haut paucos ex ipeſis Medicis, Artis,  
quam profitentur, *Antiquitatis*, ad diſſiciles

nu-

nugas referre, veteres Medicinæ Heroes, omnium huc usque, quibus Titan e meliori luto fixit præcordia, communi suffragio decantatos, proceres salutatos, fungis & stipitibus adnumerare, utrum iure vel iniuria, fagiocores, partiumque studio alieni eloquantur, mihi saltem posterius vero videtur admodum simile. Quum enim ars, ut frequenti dicunt proverbio, non habeat osores, nisi ignorantes, nec ignoti illa sit cupidus, insuper studium antiquitatis tempus & ingenium, non paucis a natura negatum, assiduam diligentiam, multam lectionem & non interruptam meditationem, plurimis exosas, quippe quod voluptatum illecebras suspendunt, corporisque curæ, vel potius perditæ libidini occasionem surripere iubent, aliaque talia requirat, seduloque poscat: Mirum non est, si cane peius & angue ab his, quos laboris tardet, at e contrario otio torpescendi consuetudo fascinavit, studia fugiantur, ea præsertim, quæ sudore, vigiliis & oleo, non autem desidia, sommo, & vino parari solent. Interea tamen eiusmodi capita, humo, limacum ad instar, repentina, atque summum orbis conditorem tacite quasi reprehendentia, quod ipsis os sublime dederit, cœlumque iussit tueri, quum libentius, inter reliquorum animalium pecorumque gregem, prona terram spectare, quam erectos ad fidera vultus tollere, malint, pingui suo crassoque genio abundare, facile patior, modo TVO, VIREXCEL-

LEN.

LENTISSIME, calculo frui mihi liceat, mihi  
 inquam, qui virium tenuitate probe conscius,  
 in amplissimum, miraque rerum varietate con-  
 spersum, tot quasi floribus onustum, campum,  
 a Celeberrimis Orbis Medici viris, inter quos &  
 TE metipsum, & Excell. HAHNIVM nostrum,  
 nobile videlicet Medicorum par, iustum stu-  
 diis pretium statuentium, nominasse sufficit,  
 diligenter iam excultum, expatriari vnamque  
 vel alteram glebam vertere, & post messem  
 adeo largam spicilegium instituere audeo.  
 Notus mihi fauore est, cui quæso ignotus esse  
 possit publicis dudum scriptis testatus? quo  
 omnes bonos, cunctosque de arte nostra bene  
 mereris studentes, prosequi amas. vt leues pa-  
 gellas, non quidem papauere & sesamo spar-  
 fas, sed LACTE & SANGVINE perfusas. Illu-  
 stri TVO NOMINI consecrare, TVO que iudi-  
 cio submittere nullus dubitem, non anceps hæ-  
 ream. Medicinam olim in paucarum herba-  
 rum notitia substitisse, me etiam tacente, cun-  
 ctis notum puto. donec postea teste CELSO (a)  
 in tres partes diducta sit, ut una esset que VICTV;  
 altera, que medicamentis; tertia que manu mede-  
 retur. Primam, vt porro verbis Medicorum  
 TVLLII insistam, Σαντικην, secundam Ορ-  
 貫αντικην, tertiam χειρογενην Graci nominaue-  
 runt. Eius autem, que Vielum morbos curat, longe  
 clari-

(a) Prefat. lib. I, De Medicin.

clarissimi auctores, etiam altius quedam agitare conati rerum quoque naturae sibi cognitionem vindicaverint, tanquam sine ea, irunca & debilis medicina effet. Prout igitur Diætética, cum ipsa victus necessitate orta, & ideo antiquissima est, quia naturali quodam instinctu, ab ipso iam orbis exordio, & primo vix spiritu hausto, mortales in alimenta feruntur, nam absque his vita diu portrahi nequit; inter hæc vero LAC, quo corpori humano nil conuenientius inuenit natura, nulli postremum reperitur: ita facile potuit fieri, ut omnium primum ex alimentis, etiam in remediorum censum scriberetur, quod sequenti modo factum esse coniicio. Quum nempe paulo post obseruarent terricola, viatum & alimenta, non robur tantum & incrementum membris largiri, sed &, si modice his vterentur, vires augeri, at abusum eorundem, morbos, aduersam valetudinem, presso sequi pede; non potuerunt non concludere: Et alimentis inesse vim morbis medendi, si diuerso sub regimine aliisque circumstantiis adhibeantur. Adhibuerunt itaque, hac ratione instituto periculo, alimenta, in morboſa corporis constitutione, scopo curandi adfectus molestos, & inter ea omnium maxime LAC, tamquam suauissimum, palato amicum, & reliquorum nutrimentorum primum, non humaanum modo, verum & aliorum animalium. Cui rationi experientia fulta, egregium, si quid videam, pondus addidit MELAMPI experimen-

Spec. V.

E

ximen-

rimentum a PLINIO (b) posteritati conseruatū. Animaduertebat enim MELAMPVS, quod pasto quodam *Hellebori* genere, cui postea *Melampodus* nomen adhæsit, purgarentur Capræ; quare probabiliter conclusit, istarum Caprarum LAC purgante quoque facultate polle-re, vnde illud insanientibus PROETI aliabus exhibuit, eodemque furentes PROETIDAS, feminarum Argiuarum morbo, tum temporis oppido consueto, insania scilicet, vel melan-choliæ cuiusdam specie, qua in vaccas fese transmutatas fuisse fingebant, forte laborantes, felicissime sanavit. Posthæc tempora, quæ ad artis, saltem apud Græcos, incunabula merito referuntur, LACTIS VSVS MEDICVS magis magisque inualuit, ita vt *unicum* fere PHTHISEOS & PODAGRAE Remediu-m crederetur. Ad Pulmonum igitur Exulcerationes, licet Equinum, Asinimum, Caprillum, Vaccinum proficuum aestimarent antiqui, palmam tamen Muliebri præ cæteris detulerunt, vt ex DIOSCORIDE, (c) GA-LE-

---

(b) *Lib. XXV. Histor. Natur. cap. V.* Add. Le CLERC *Histor. de la Medicin. part. I. Liv. II. chap. II. pag. m. 4.* Excell. GOELICKII *Histor. Medicin. Period. III. S. LX. pag. 203.*

(c) *Lib. II. Mat. Med. cap. LXIV.* vel secundum VERGILI editionem, *cap. LXIII. Humanum Lac dulcissimum est, & maxime alit, mammis*  
RULM

LENO, (d) qui in febribus Hecticis primo  
loco Lac Afininum dare iubet. ARETAEO, (e)  
ALEXANDRO TRALLIANO, (f) Equinum  
commendante, ORIBASIO, (g) AETIO, (h)  
CELSO, (i) CAELIO AVRELIANO, (k) PLI-  
E 2 NIO,

autem exuctum prodest TABI quam Graci  
Φθίσιν dicunt. Innumeræ aliæ, quas Laeti  
tribuit, virtutes legi possunt, si placet ci-  
tato Loco.

(d) Lib. X. Meth. Med. cap. XI. §. 3. pag. m.  
272. Multisque aliis in Locis, ut ex indice  
operibus vulgo præmisso vel annexo facile  
patet.

(e) Lib. I. de Curat. Diuturn. Morb. cap. VIII.  
LAC ulceribus (Tabidorum) dulce subsidium,  
et quolibet alio benignius.

(f) Lib. VII. de Art. Med. cap. II. item Lib.  
XII. cap. IV. LACigitur omnibus HECTICIS,  
præsertim in marasmum desinentibus, si quid  
aliud, idoneum est. Itaque LAC MVLIE-  
BRE primum locum obtinet, secundum vero  
Afininum. Verum quoniam agre nonnulli hoc  
adsumunt, Caprillum ipsis dandum est.

(g) Lib. IX. Synops. cap. IV. & Lib. I. Euporist.  
cap. XXXI. vbi LAC omnium fere quibus vesici-  
muri optimi succi esse, dicit, præsertim eorum an-  
tianum quæ integra valetudine fruuntur.

(h) Tetrabibl. II. Serm. I. cap. XCIII.

(i) Lib. III. de Med. cap. XXII.

(k) Lib. II. Chronic. Passion. cap. XIV. §. 206.

NIO, (l) & qui primo loco nominari debuisset,  
 HIPPOCRATE, (m) clarum est. Nec SA-  
 LERNITANI (n) veterum compilatores, vel  
 potius, qui sub Eorum nomine latet, IOHAN-  
 NES de MEDOLANO, ab hac sententia alieni  
 fuerant, cuine ARABES quidem, teste AVI-  
 CENNA(o) aliisque, quos ARNOLDVS VIL-  
 LANOVANVS(p) adducit, calculum denega-  
 runt.

(l) *Lib. XXVIII. Hist. Nat. cap. IX.*

(m) *Sect. V. Aphor. LXIV.*

(n) *Cap. XXXIV. de Conseru. bon. valetud.*

*Lac φθιτοῖς sanum caprinum, postque  
cameli*

*Ac nutritium plus omnibus est asinum,  
Plus nutritium vaccinum, sic & ovinum.*

Quos verificulos in IOANNIS CURIONIS  
 editione Fifii. 1568. ita rythmis Germanicis  
 expressos legas:

Schwachen und verzehrten Leuten

Will ich zur Ziegen-Milch deuten,

Camel und Esels-Milch nert fast,

Von Küen und Schafen allerbast.

(o) *Lib. II. Can. cap. 432. & XIV. Tract. III.  
cap. 6. Non est LAC, post muliebre, quod be-  
atricis aequa conserat, ac Asinum. Hecticam  
enim, si quidem curabilis fuerit, ad plenum  
curat.*

(p) *Commentar. ad SCHOLAM SALERNI-  
TAN. cap. 34.*

runt. Ne vero in corradendis veterum encomiis LACTI, ac vt ego quidem reor non im-  
merito attributis, prolixitate nimia TIBI, VIR  
EXCELLENTISSIME, molestus fiam, vsum  
eiusdem in DYSENTERIA, COELIACA PAS-  
SIONE, contra VENENA commendatissimum,  
lubens prætereo, quum diligentioribus H'P-  
POCRATIS, (q) PLINII, (r) CAELII AVRE-

E 3

LIA-

(q) Lib. VII. Epidem. Seet. III. ERYTALI  
filius circa equinoctium autumnale dysentericus  
fiebat, & febris tenebat. Egestiones alui erant  
biliosæ, tenues, multæ & moderate subcruentæ.  
Dolor autem ventris vehementis. Vbi serum &  
LAC bibisset, filice candefacta immissa, dolores  
& subcruentes egestiones moderationes fie-  
bant &c. Add. GALENVS lib. III. de Ali-  
ment. faculti. DIOSCORIDES Loc. cit.  
(not. e) FOESIVS Oeconom. HIPPOCRAT.  
pag. 131. voce γάλα πεπυρωμένον.

(r) Lib. XXVIII. Hist. Nat. cap. IX. Infundi-  
tur quoque LAC contrarofiones a medicamentis  
factas. Et si vratur DYSENTERIA, deco-  
rum cum marinis Lapillis, aut cum pisanâ hor-  
deacea. Adde que habet eodem Libr. cap. XIV.  
de vi LACTIS Aluum sifente, eiusque vsu,  
in Cœliacis. Ad Venenâ vero id porro com-  
mendat sequentibus: Recens quoque infundi-  
tur contra serpentium ictus, phibsis, Can-  
tharidum, aut salamandra aut buprestis aut py-  
ri.

710-

LIANI, (s) SCRIBONII LARGI, (t)  
Q. SERENISAMMONICI, (v) NICAN-  
DRI,

riocampes venenis. Privatim bubulum bis qui  
colibicon biberint, aut cicutam, aut dorycnium,  
aut leporem marinum; sicut asininum contra  
gypsum & cerussam & sulphur, & argentum  
viuum.

(s) Lib. III. Morb. Chron. cap. III. §. 54 seq.  
LAC quoque (intellige in cœliaca passione) bibendum præcoctum quod appellant diacocleon,  
sive singulare, etenim fluores classificando cobi-  
bet, & ulcera detergit, & acrimoniam humo-  
rum temperat. Diacoclei coctionem deinde  
docet §. 55 seq. Adde CELSVM lib. IV. de Med.  
cap. XII. qui cyatho Lactis cyathum aqua mi-  
scere, in o interdum allium contritum adde-  
re, & sic in cœliaco ventriculi morbo dare iubet.

(t) Cap. XLVII. compos. CLXXIX. Contra cicu-  
ta Venenum: Maxime prodest Lac Asinimum da-  
tum; si minus vaccinum, aut quodlibet. Cap.  
LIX. comp. CLXXXVI. Ad Leporem mari-  
num: Aduuari autem debent hoc malo circum-  
venii lacte muliebri, vel equino, vel vaccino,  
aut asinino quamplurimo cotidie per se, aut cum  
melle sumto. Cap. LIX comp. CXCI. Ad Do-  
rycnion: Aduuari autem debent laeti eo, lacte  
asinino, equino, bubulo. Conferantur eru-  
diti ad hæc loca IOH. RHODII commentarii.

(v) Cap. LX. de Re Med. vers. m. 1061. in pro-  
hibendis venenis:

Si

DRI, (w) & AETII, (x) Lectoribus id satis superque notum existimem, multo minus eos in veterum monumentis adeo male versatos credam, vt BALNEORVM ex LACTE paratorum (y) tam valerudinis tuendæ aut amissæ restituendæ, (z) quam cuticula curan-

E 4 dæ,

*Si nequit infandum peruertere cauio virus  
Proximus illegradus, data pocula pellere  
cura*

*Lac Asina, placidaque bouis, prodesse lo-  
quuntur.*

(w) Alexiph. vers. 156. interpret. Latin. Contra Cantharides:

*Sæpe etiam infernis Ouium Lac partibus  
inde,*

*Et sic multa trahes mollem excrementa per  
aluum;*

*Non minus id prestat sumtum per labra ius-  
uamen.*

Pariter vers. 523. contra Leporem Marinum:

*Interdum enixa mulsum Lac potet asellæ.*

(x) I. Teirab. Serm. I. cap. XCII. Lac ad eos qui Cantbarides hauserunt, aut buprestin, & in summa ad medicamenta erodentia ac exulcentia, & ad Hyosciamum velut peculiare remedium est.

(y.) BACCIVS de Therm. lib. VII. cap. XXXIII.

*pag. m. 490.*

(z) BACCIVS Loc. cit. PROSPER ALPINVS  
de

de, (aa) causa adhibitorum usum, ignorare putarem, quippe quod vel ipsa NERONIS Imperatoris vxor, pulcherrima SABINA POPPÆA (bb) hac de causa apud IVVENALEM (cc) Satyrico sale conspersa, pueris in schola iam nota redditur. Quod ad alterum morbum supra allegatum, quem, si medicorum, & antiquorum & recentium, scandalum; aut tam eorum quam ægrotantium carnificem, ex MARTIALIS sententia, (dd) dicere velis, me certe dis-

de Medicin. Aegyptior. lib. IV. cap. XV. pag. m.  
325.

(aa) BACCIVS Loc. cit.

(bb) PLINIUS Lib. XI. Hist. Nat. cap. XLII. Conferre atiquid & candori in mulierum cute existimatur. POPPÆA certe DOMITII NERONIS coniux, quingentas secum per omnia trahens fætas, balnearum etiam solito rotum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutim credens.

(cc) Sat. VI. vers. 461 & 467. seq.

-- Pinguia Poppeana

Spirat.

-- Atque illo Lacte fouetur

Propter quod secum comites deduxit asellas

Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.

(dd) Lib. XII. Epigr. XLVIII. vers. 10.

Mullorum, leporumque & suminis exitus  
hic est:

Sul-

dissentientem non habebis, PODAGRAM  
nempe adtinet, eiusdem expulsionem itidem  
LACTE tentatam, LVCIANO (ee) teste, scias,  
vt PLINII (ff) verba, ad experientiam prouo-  
cantis adhuc taceam, quia quæ CELSVS (gg)  
scripta reliquit, abunde sententia nostræ fidem

E 5

fa-

Sulfureusque color, CARNIFICESque  
pedes.

(ee) *Tragopodagr. vers. 167.* vbi PODAGRAM  
de se ipsa ita loquentem inducit:

Ποῖον μέταλλον ὁ πεπείραται βροτοῖς;  
τίς ἔχει χυμός; ποῖον ὁ δένδρος δάκης;  
ζωῶν ἀπάντων ὄστα, νεῦρα, δέγματα,  
σέαρ, ἀμμα, μυελὸς, θρόνος, ἀποπάτος,  
ΓΑΛΑ.

*Quale metallum non exploratum est morta-  
libus?*

*Quis non succus? Qualis non arborum la-  
crama?*

*Animalium quorumuis ossa, nerui, pelles,  
Adeps, sanguis, medulla, lotium, sterlus,  
LAC?*

(ff) *Lib. XXVIII. Hist. nat. cap. IX.* Sunt in-  
ter exempla qui Asinimum (Lac) bibendo liberati  
sunt Podagra, Chiragraue.

(gg) *Lib. IV. de Med. cap. XXIV.* Quidam  
etiam, cum Asino Lacte poto se eluissent, vel  
vt LVDOVICVS NONNIUS lib. II. Diæt.  
cap.

faciunt. Mirum igitur nemini videri potest, si homines tot testimoniiis victi, tamque multa atque longa experientia docti, LAC inter panaceas fere retulerint, soloque Lacte, PHILIN more, apud ATHENAEVM, (hh) victitarint, aut curas prophylacticas, vernali præfertim tempore instituerint, quod apud ARCADES imprimis, Græciae populum, moris fuisse, PLINIVS (ii) auctor est. Hos mox ROMANI, Græcorum in multis simiæ, vt Gallorum hodie Germani, imitati sunt, LACTISQUE CVRAE, vt medici loqui amant, VERNALI, sese submiserunt. Celebres autem erant hac de causa STABIAE (kk) agri campani

*cap. XV pag 210, mault rectius legere: aluiissent; in perpetuum hoc malum euaserunt.*

(hh) *Lib. XI. Deipnosoph. citante SACHSIO a LEWENHAIM Decad. I. Ephem. NAT. CVRIOS. Ao. I. Obs. CXLI. Schol.*

(ii) *Lib. XXV. Hist. Nat. cap. VIII. Arcades quidem non medicaminibus vti, sed Lacte circa VER, quoniam tunc maxime succis herbe turgeant: medicenturque ubera pascuis. Bibunt autem Vaccinum quoniam boues omniuora fere sunt in herbis.*

(kk) *Disputat CASP. HOFFMANNVS, Commentar. ad cap. XII. Libri V. Meth. Med. GALENI, §. 7. an TABIAE vel STABIAE rectius scribantur.*

pani (ll) intra Surrentum & Neapolim (mm)  
 ultra Sarnum & Pompeios , sinu medio (nn)  
 oppidum olim , deinde a L. SYLLA bello so-  
 ciali deletum , & successu temporis in villam  
 mutatum.(oo) In hoc tractu montem memo-  
 rat PROCOPIVS , (pp) LACTARIVM dictum  
 Latinis , & GALENO (qq) tam propter amo-  
 num situm , aëris puritatem , quam multarum  
 fragrantium herbarum , videlicet Graminis ,  
 Loti , Polygali , Melisophylli , fruticum ; Len-  
 tisci nempe , Arbuti , Rubi , Hederæ , Cytisi  
 & similiūm , prouentum uberrimum , impense  
 laudatum , quem elgebant CVRAE LACTIS  
 locum aptissimum , & propterea tanta celebri-  
 tate clarum redditum , ut maximo itinere STA-  
 BIAS irent , ex omni fere Italia aduolarent , qui  
 LACTE eius Loci , admirandam vim habente ,  
 nec frustra celebrato , vti voluerunt . Testantur

id

(ll) PLINIVS lib. III. Hist. Nat cap. V.

(mm) GALENVS lib. V. Metab. Med. cap. XII.  
§. 2.(nn) CELLARIVS Tom. I. Geogr. Ant. lib. II.  
cap. IX. pag. 846.

(oo.) PLINIVS Loc. cit. (not. ll.)

(pp) Lib. IV. Goth. Bell. cap. XXXV. ὅπερ  
 Ρωμαῖοι ΓΑΛΑΚΤΟΣ ΟΡΟΣ τῇ λατίνων καλῶσι  
 Φωνῇ : quem Romani LACTIS MONTEM  
 latine vocant.

(qq) Loco citat. (not. mm)

id CASSIODORVS (rr) & SYMMACHVS, (ss) amplissimas Laudes MONTIS LACTARI de-  
cantantes. *Huc*, enim inquit ILLE, ferocissi-  
mæ passioni (Phibisi) beneficium MONTIS LACTIS  
diuine tribuerunt: vbi aëris salubritas, cum pinguis  
arui foecunditate consentiens, herbas producit dulcis-  
fima qualitate conditas, quarum pastu vaccarum  
turba saginata, LAC tanta SALVBRITATE con-  
ficit, ut quibus Medicorum tot consilia nesciunt pro-  
deesse SOLVS videantur POTVSILLE præstare, red-  
dens pristino ordinis resolutam passionibus vim natu-  
ræ: replet membravaacuata, vires effetas instaurat,  
& fomento quodam reparabili agris ita subuenit,  
quemadmodum somnus labore fatigatis. Is, intelli-  
ge SYMMACHVM, sic scribit: Nunc illis pro-  
ficiendi attulit causam medicorum coactu impetrata  
curatio. Nam STABIAS ire desiderant, ut reli-  
quias longe ægritudinis armentali LACTE depellant.  
Tanta fuit Lactarii monitis ad Stabias fama, vt pu-  
blica prostent monumenta, quibus ad feram  
posteritatem eius memoria transmissa est. Ex-  
hibet enim PATINVS (tt) Nummum rarissi-  
mum P. SEPTIMII GETAE, altero Latere  
VACCAM cum epigraphe, STABOV. oculis  
mon-

(rr) Lib. II. Variar. cap. X.

(ss) Lib. VI. Epist. XVIII. vel secundum alios:  
XVII.

(tt) Imperator. Romanor. Numism. ex are me-  
dia & minima formæ. pag. 317. num VI.

monstrantem. (vv.) *Quum igitur LACTE VAC-*  
*CINO Locus ille commendaretur, cum PATINO*  
*loquor, ideo VACCAM in nummo calatam esse*  
*existimamus, quemadmodum ceteri populi, id quod*  
*aut soli, aut quod pretiosius habebant, suis nummis*  
*insculpebant, sic Perinthii Vuam, Damasceni prunas,*  
*Carthaginenses equum &c. Fortassis, si conie-*  
*etur locus dandus, ipsem Imperator GETA,*  
*LACTE STABIORVM felici successu usus est,*  
*ut exinde eo illustrior arrepta sit Stabianam Vac-*  
*cam nummo insculpendi occasio. Tacet qui-*  
*dem SPARTIANVS hac de re consultus, vitam*  
*GETAE qui descripsit, nihilque de Laetis Sta-*  
*biorum ab Imperatore usurpato, litteris tradi-*  
*dit, sed tale silentium nondum conjecturæ la-*  
*befactandæ sufficere mihi videtur. MVS-*  
*GRAVIVM peculiari libello Vuam GETAE de-*  
*lineantem, quum ad manus mihi non fuerit,*  
*consulere haut licuit, utrum forte veterum te-*  
*stimonio instructus quidquam huc pertinens*  
*obseruauerit. Ipse vero γαλακτος ὄρος Laetis*  
*mons ad nostra usque tempora famæ celebrita-*  
*tem sibi conseruauit; cui ipsa posteritas, BAC-*
CII

(vv.) Delineauimus dictum Nummum, in  
 LECTORVM gratiam Tab. I. fig. VI. cuius  
 lemma vero sic legendum censeo : *STABIA-*  
*RUM BOVES. PLINII Loco supra (not. ii)*  
*civato nitens: quo Boues omniuore dicuntur,*  
*& ideo pro Vaccis etiam sumuntur.*

CII (ww) verba profero, ac nostra maxime etas,  
ita consenit, ut consueti sint medici, Neapolitani  
præserium, pro ultimorum refugio Phribicos & qui san-  
guinem exspuunt, vel eiusmodi Thoracis vices &  
alia vitia patiuntur, ad TABIAS mittere. Nam  
aerem ipsum ut etiam LACTIS usum inueniunt adeo  
salubrem, ut sint qui totam in eis degant vitam: Ita-  
que iam facta est magna ciuitatis infar, & que di-  
uinitia habet villarum amoenissima, ac vini generositate  
celeberrima, quod Græcum vocant, ac locum ipsum:  
il MONTE della TORRE.

Sed satis iam de LACTE auctum; SANGVI-  
NIS, tamquam primarii Lactis in corpore hu-  
mano producti considerationem, eiusque  
apud veteres in profligandis morbis usum, vel  
potius abusum, paulo adcuratius suscipiamus.  
Casum initio multa detexisse remedia, multa  
porro repetitæ experientiæ superstruetam  
rationem inuenisse constat; haut pauca etiam ar-  
tem debere SUPERSTITIONI nemo inficias  
ibit. Fuit Medicina antiquissimis temporibus  
apud Orientis præsertim populos, Medos,  
Persas, Bactryanos, Chaldæos, & deinde Aegy-  
ptios, MAGIAE, quam vel ipse PLINIVS (1)  
ex

(ww) Lib. IV. De Therm. cap. XIV. pag. m.

244.

(1) Lib. XXX. Hist. Nat. cap. I. Nam (Ma-  
giam) primum e Medicina nemo dubitat, ac  
spe-

ex Medicina natam perhibet, coniuncta, & ideo MAGORVM vel SACERDOTVM Mu-nus (2) qui, quum vni morbo vel alteri reme-dia ipsis cognita reperirentur inferiora, mox DIVINI quid adfertui adscripserunt, &, ne a seducta plebe adcusarentur inscitiaz, auctori-tatemque semel sibi arrogatam perderent, ad CAERIMONIAS, quas fraudes eorum & su-persticio, apud Populum SACRAS fecerunt, aliaque praesidia risu non minus, quam ipsa eorundem prætensa rerum cognitio digna, con-fugiebant. (3) Hæc in Oriente nata Vanitas, postea ad alias nationes, præsertim Græcos, hinc Romanos transiens, per reliquam Euro-pam

*specie salutari irrepisse, velut altiorem sanctio-remque, quam Medicinam: Ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires reli-gionis, ad quas maxime etiamnum caligat hu-manum genus.*

(2) Le CLERC. *Histoire de la Medicin. Part. I. Liv. I. chap. V. pag. m 9. & 13.*

(3) Graphice, ut solet, arrogantem sacer-dotum inscitiam depingit HIPPOCRATES *De Morb. Sacr. Sect. II.* artesque eorundem Machiauellisticas probe detegit, falseque ridet: *Ceterum, inquiens, qui primi hunc morbum sacrum esse pronunciauerunt tales ho-mines mibi esse videntur, quales etiam nunc sunt Magi & Expiatores, & circulatores, & qui-*

pam sua sparsit semina, quæ & in hodiernum  
vsque diem, obstetricantibus haut parum me-  
diis crassa barbarie caligine obfuscatis sacerulis,  
Arabum imprimis, superstitionissimi populi,  
Sabæorum doctrinæ in multis vestigia premen-  
tis, placitis infectis, omnipium diuinarum ac  
humanarum scientiarum congeriem, miris,  
opinionum pessimam Deo hominibusque exo-  
sam superstitionem ubique alentium, monstis,  
implentibus atque corruptentibus, funditus  
eradicari nondum potuerunt. Talis rerum fa-  
cies non modo MAGICAS artes peperit, sed &  
ineptissimis remedii ansam dedit & occasio-  
nem, quibus, si HUMANVM SANGVINEM,  
violentia morte peremti venis extractum, &  
contra MORBVM CADVCVM, immediatis  
Deorum aut Dæmonum viribus olim adscri-  
ptum & *κατ' εξοχὴν* fægōν νόσου MORBVM  
SACRVM adpellatum, aut LEPRAM usur-  
patum, adnumerare placeat, recte monuisse  
mihi videris. Morbis igitur pro grauissimis  
omni

---

quidam arrogantes, qui se vehementer pios esse  
simulant, & amplius quid scire. Hi usque  
consilii ac mentis inopæ obuelentes ac prætexen-  
tes diuinitatem, quum nibil haberent quod ex-  
hibitum prodeßet, ut ne manifesta fieret ipsorum  
ignorantia, sacram banc affectionem pronuncia-  
runt: & rationibus idoneis collectis, curatio-  
nem constituerunt sibi ipsiæ sacram, expiamen-  
ta offerentes, & incantamenta &c.

omni tempore habitis, & remedia vulgaria eludentibus, Expiationes, Sacrificia, Ritusque quos iræ Deorum placandæ contienentes exanimabant, cunctis in cassum adhibitis, demum opposuerunt, quo factum est, ut deinde idolorum sacrificuli morbos, quibus τὸ θεῖον inesse eredebatur, Medicis eriperent sibi que sanationem eorumdem arrogarent. Cui curandi rationi, Chaldaeorum philosophica principia, cuncta spiritibus ac dæmonibus repletia, (4) & detestandæ ideo superstitioni viam sternentia, & Iudæorum non alio modo LEPRAM nisi per sacrificia sanantium, eoque fine holocausti SANGVINEM adhibentium (5) mores, quos, vicini populi summi Numinis præceptorum insci, vel fando facile percipere potuerunt, ansam & occasionem subministrasse mihi vindentur. Omnistamen in eo est HIPPOCRATES, (6) vt demonstret. MORBO COMITIALI, quo correptos SANGVINE expiabant (7) nihil magis diuini aut sacratioris inesse quam ceteris, sed cum remediis affectui adpropria-

tis

(4) Vid. STANLEI *Histor. Philosoph. Orient.*  
lib. I. Sect. I. tota.

(5) MOSES. *Leuit. Cap. XIV. vers. 4-7. 13. 14.*  
25. 28.

(6) *De Morbo sacro Sect. I.*

(7) HIPPOCRATES *De Morb. Satr. Sect. IV.*

*Aph. 45.*

*Spec. V.*

tis etiam profligare posse. Ex his adparet, quam alte iam Diuini istius SENIS æuo egerit radices supersticio, & quos ridiculos & absurdos, iure meritoque ab IPSO exhibilatos, pepererit in Medicina errores, immo quam audacter multumque artis incrementis obstiterit ambitionis sacerdotum infictia, & fraudibus nitens populum obcœandi libido. Definet itaque quilibet mirari, si relatum lecturus sit, posterioribus facultatis, superstitionem per SAN-  
GVINEM curam longe adhuc maiores fecisse progressus: Quod scilicet, crescente mortaliū stultitia, deinde materia ad expiationes usurpatæ, hoc est ipsi SANGVINI, vim aliquam inesse peculiarem, cœperunt credere, absurdissima opinione præjudicata iam capti homines, vt communiter circa res cærimoniis sacræ, quamuis putatiiis adhiberi consuetis, euenire solet. Non satis enim erat expiasse CADVCO laborantes, crux animalium in holocaustum maestorum, sed successu temporis etiam, quod horrendum dictu est, ipsam HOMINVM violenta imprimis morte peremtorum PVRPV-REAM ANIMAM, EPILEPTICIS calide hau-riendam offerebant. Scire aueo quid HIPPO-  
CRATES, hostis absurdissimæ superstitionis infensissimus, medicinæ rationalis e contrario coryphæus, tunc dixisset, si circa Monarchiæ Romanæ incunabula viuere, sibi fuisset a superis concessum, & in theatris spectatorem agens trucidatorum Gladiatorum currentem

ex

ex recenti vulnere SANGVINEM a SACRO MORBO correptis audeo bibere vidisset? Ex horrescens vix crederet, puto eousque mortaliū crudelitatem, feras sanguinem sifientes bestias imitantem, si non superantem, progredi potuisse; imo forte dubitaret, id vñquam factum esse nisi CELSI, (8) PLINII (9) ARETAEI (10) CAELII AVRELIANI, (11) & TERTULLIA-

F 2

NI

(8) Lib. III. de Med. cap. XXIII. *Quidam iugulati Gladiatoris calido Sanguine poto tali morbo se liberarunt; Comitiali videlicet.*

(9) Lib. XXVIII. Hist. Nat. cap. I. *Sanguinem quoque Gladiatorum bibunt, ut viuentibus poculis Comitiales Morbi: Quod spectare facientes in eadem barena feras quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum spirantemque, ut una ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas sit humana.*

(10) Lib. I. de Curat. diutur. Morb. cap. IV. *Nonnullos autem vidi nuper iugulati hominis vulneri phialam subiicientes, atque inde haustum cruentem bibentes. — Quin & quendam auctorem legi, qui HUMANVM IECVR epulandum precipiebat. Intellige Epilepticis.*

(11) Lib. I. Morb. Chron. cap. IV. §. 118 *Dant etiam bibendum vel sanguinem — humatum. Item mandendum — & tunc COR-DA HOMINVM; Epilepticis nempe.*

NI (12) testimonio , omnis exceptionis impa-  
tienti , adsensum haut denegare cogeretur.  
Certo persuasus sum EVNDEM cum ARE-  
TAEO . (13) O ! ingentem necessitatem , quen-  
quam eo redigi , ut malum malo piaculo depellat ! un-  
de tamen ad sanitatem virum peruenium sit , nemo  
potuit mibi vere affirmare , aut CELSO , (14) Mi-  
serum auxilium tolerabile miserius malam fecit ; ex-  
clamaturum . Alium adfectum , non minus  
interdum horrendum ac ipsum morbum sa-  
crum . EROTOMANIAM nempe , HVMANO  
SANGVINE sanatam , IVLIVS CAPITOLI-  
NVS (15) memoriæ prodidit sequentibus : Anunt  
qui-

---

(12) *Apologet. cap. IX.* Item illi , qui munere in  
arena noxiorum iugulatorum sanguinem recen-  
tem de iugulo decurrentem exceptum auida siti  
Comitiali morbo medentes auferunt.

(13) *Loc. not. 10.* citato.

(14) *Loc. not. 8.* citato.

(15) *In vita M. ANTONIN. PHILOSOPH.*  
*cap. XIX.* Quem locum notula ad verbum ;  
Sublauaret , adiecta , ira explicat SALMA-  
SIVS : *Hoc loco reposuit pro eo quod vetus editio*  
*& scripti codices habebant ; SVBLEVARET.*  
*Quam veram esse scripturam quovis pignore*  
*contendere sum paratus.* Non dicit autem ,  
quomodo sublevarit se FAVSTINA , SAN-  
GVINE illius GLADIATORIS occisi , quod  
de industria hic tacuit AVTOR , & modestis  
verbis

quidam (quod verisimile videtur) COMMODVM ANTONINVM successorem illius ac filium non esse de eonatum, sed de adulterio: ac talem fabulam vulgari sermone contexunt: FAVSTINAM quondam PII filiam, MARCI vxorem, quum gladiatores transire vidisset, viuis ex his amore succensam, quum longa agitudo laboraret, viro de auore confessam. Quod quum ad CHALDAEOS MARCVS retulisset, illorum fuisse consilium ut occiso Gladiatore eius se SANGVINE SVBLAVARET, atque ita eum viro concumberet. Quod cum esset factum, solutum quidem amorem, natum vero COMMODVM gladiatorem non principem. Quis autem non videt, hanc etiam curam non aliter nisi ex fraude Chaldaeorum processisse, & OVIDII(16) reguli nisi, qui, ut obiectum adamatum quantum possibile fugiatur, ab oculisque remoueatur, præcipit, sublata enim causa tollitur effectus,

F 3

&amp;

verbis molluit horrendum Medicationis genus. Non dubium certe est pro remedio Sanguinem illum bibisse FAVSTINAM, atque ita se subleuasse. Honesta igitur bac loquendi ratio; sanguine illius se subleuaret, pro sanguinem illius in remedium sumeret, sanguine illius sibi succurreret. Nam subleuare, subuenire occurtere, iuicare, verba sunt medicarum & medicamentorum propria apud illos qui de experimentis scripserunt.

(16) Passim Lib. I. & II. de Remed. Amor. propositis.

& misero gladiatore iugulato, tempus necessario in AVSTINAE venis vigentem amoris ignem extinguere debuit. Quo autem latius serpsit antiquissimis temporibus supersticio, eo magis humanitatem exuit, & ad postremum impietatis gradum euecta est. Nam LEPRAE quædam species, quam ἐλεφαντίσιν Græci nominabant, morbus omnino & grauis & foedissimus. ἐλεφας enim dicitur PAULO (17) καρκίνος τις ὑπάρχων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ARETAEO (18) vero; Trieste profecto & visu terribile spectaculum, nullum fere artis θόνθημα sibi par habens, HVMANO etiam SANGINE tentabatur expugnari, in Aegypto præsertim, cui peculiare hoc malum: PLINIO (19) teste, & cum in reges incidat, populo funebre. Quippe in BALNEIS SOLIA temperabantur HVMANO SANGVINE ad Medicinam eam. Hoc porro remedium simili

Mor-

---

(17) Lib. IV. de Re Med. cap. I. Elephas velut cancer quædam in toto corpore. Adde CELSVI lib. III. de Med. cap. XXV. Vbi symptomatum atrocitatem legere licet in compendio delineatam, & ARETAEVM lib. II. de Sign. & Caus. Diu. Morb. cap. XIII,

(18) Lib. II. de cur. diu. Morb. cap. XIII. immo adeo immane malum credit ut exclamat: Sed quænam medela excogitari poterit, quæ ELEPHANTEM, tamingens malum, expungare dignafit.

(19) Lib. XXVI. Histor. Nat. cap. I.

Morbo sequi olim persuasum CONSTANTINVM MAGNVM Imperatorem, BACCIVS (20) refert. *ILLI enim, cum LFPR A teneretur ac BALNEVM idcirco ex INFANTIVM SANGVINE parasset, adstitisse dormienti D. Apostolos, PETRVM & PAVLVM, dicunt, qui dissuasa Imperatori ipsi SANGVINIS infantium effusione, per sacri baptismatis lauacrum obtulere, itaque baptizatus ac sanatus est.* Sed Daemonum hæc sunt præstiglia, vt grauiter non minus quam vere loquitur TERTVLlianVS (21) quos MAGI, eorum antistites cæde humana & SANGVINIS effusione delectari nouerunt, qui ob id ex HOMINVM SANGVINE PHARMACA & sacrificia instituerunt, & finxerunt. Talis erat superioris æui in re medica calamitas, vtinam ! nostrum eandem ignoraret ! nec abominandum, execrandum & diabolicum plane inuentum posteris per manus

F 4

quasi

(20) *Lib. VII. de Therm. cap. XXXV. pag. m. 490.* Ex ADRIANI Pontificis ad IRENEM testimonio quod *Tom. III. Concilior. extat,* & ZONARAE *Histor. Tom. II.*

(21) *In Apologet. cap. 14.* vt citant die Bresl. Sammlungen 1720. Mens. Octobr. Class. IV. Artic. IX. pag. 448. quæ verba tamen allegato loco, licet quatuor diuersas editiones euoluerim, reperire non potui, quare errorem subesse typographicum nullus dubito.

quasi traditum in hodiernum vsque diem  
foueret. Quis est qui EPILEPTICVM ali-  
quando SANGVINEM, ex capite magistratus  
iusta sententia plexi ingulo manantem, feruen-  
tem adhuc avide HAVRIRE non viderit? quis  
est honorum, qui nefandam superstitionem  
execrans, graui pœna dignam non iudicauerit?  
aut si Medicus fuerit, AETIO (22) in genere  
animalium sanguini in medendis morbis pa-  
rum tribuenti non adsensus sit? aut quis  
pueros hepatis inflatione vel induratione vexa-  
tos, proprio SANGVINE ex venulis retro au-  
res educto, circa hypochondria INVNGI (23)  
hac vrbe non obseruauerit vñquam? quam  
VNCTONEM licet Leprosorum Balneis ad-  
modum dissimilis reperiatur, attamen alii cui-  
dam, & que absurdæ, superstitioni originem  
de-

(22) Tetrabil. I. Serm. II cap. 85. Quemad-  
modum etram aliorum animalium sanguinis va-  
nas promissiones comperi. Et partim experiri,  
ne tentau quidem, quum pharmaca haberem  
apiora & parabiliora ad singulos affectus.  
Caeubam autem simul ne PRAESTIGIATO-  
RIS opinionem incurrerem.

(23) Operationem, quam das Röthe oder  
Ribbe-Rüchenschneiden vulgo vocant, über-  
riue descriptam legis in den Bresl.  
Sammlungen 1718, Mens. April Class. II,  
Artic. I. S. 4. pag. 926.

debere censeo. Sed porro chartam sanguine  
quasi vetiso maculare horro, ne scilicet TIBI,  
VIR EXCELLENTISSIME naufragium moueam.  
Diutius iam ac par fuit TVA videor me abu-  
sum esse patientia amplius igitur molestus  
haberi nolo. Ritulos claudam, quam prata  
sat bibisse rear. Procul a me abesse credas,  
velim, VIR EXCELLENTISS ME, ridiculam  
illam ambitionem, quasi TE, doctissimis du-  
dum adnumeratum, tam numerosa splendida-  
que librorum supellectile instructum, tam  
multa lectione celebrem tamque ampla atque  
profunda Artis cognitione & vsu illustrem,  
superficiariis meis conatibus erudire gesturi-  
rem. Piaculum sit hæc vel cogitasse. Non  
alius præsentis dissertationis scopus est, quam  
cupido TIBI specimen aliquod, quale quale  
etiam sit exhibendi, quo, quid de me sperare  
liceat, pro ea qua polles iudicandi facultate,  
& in ARTIS ANTIQVITATIBVS notitia, pro-  
prinquierius inspicias: *Magnam*, mihi enim cum  
*VINDICIANO* (24) semper visum est, esse lau-  
dem *VETERVM INSTITUTA SCRVTARI*, ma-  
iorem vero gloriam inuenia seruare. Si quidem IL-  
LI viam laboribus suis & virtutibus aperuerunt, no-  
bisque iter intelligentiae sua sapientia reliquerunt.  
Immo RHASES (25) medicum mauult artis vsu  
obnamus. F 5 de.

(24) Epistol. ad VALENTINIANVM Impera-  
torem.

(25) Lib. IV, ad ALMANSOREM.

destitutum, quam assidua librorum tractatione.  
 Quod si, inquit, Medico contingat unum deesse,  
 conuenientius est, ut operandi magisterium ei desit,  
 ita tamen ut non penitus sit eius expers, sed operandi  
 nouerit partem: quam ut eam, quæ in ANTIQVO-  
 RVM LIBRIS continetur SAPIENTIAM prorsus  
 ignoret. Qui enim quod in libris est nouit, atque  
 imaginatur, cum pauca operationis notitia peruenieat  
 ad id, ad quod multi eorum, qui ea quæ in libris  
 continentur non nouerunt, neque imaginati sunt,  
 nullo modo peruenire poterunt. Non opus autem  
 est verbis, vbi rerum non desunt testimonia,  
 TVO que Exemplo abunde probas, quantum  
 Medico, vel ad aliquam tantum nominis fa-  
 mam, aut felix medicinæ, clinices præsertim,  
 exercitium peruenire contendenti, opus fit  
 multa & perpetua lectione, lecti prudenti di-  
 gestione, digesti deinde accurata subactione,  
 subacti postremo, in succum & sanguinem  
 quasi, apta mutatione. Quæ cum ita sint,  
 præter, votum, VENERANDE SENEX, pro  
 TVA incolumitate SVMMO NVMINI offeren-  
 dum, nihil restare videtur. Seruet TE, DE-  
 VS, vrbis decus, Artis solamen, diu adhuc  
 hospitem, saluumque, Nestoreos TIBI conce-  
 dat annos, vt HIPPOCRATI nostro, cui peri-  
 tia certe non es inferior, etiam Annis, ultra-  
 centesimum enim vixisse ferunt, & secundo  
 rerum cursu similis fias, meque perpétuo fau-  
 ore prosequaris. VALE. Wratisl. VIII. Kal.  
 Augusti. Ao. cl lcccxxxvii.

Num.

Num. II.

*Veneficii Historia,*

*Ex Medici sectionem Cadauerum administrantis Relatione concinnata.*

**N**EMINI forte noua Wratislauiensia (die Breslauer Zeitungen) singulis septimanis bina vice publicari solita, legenti ignotus vel memoria plane lapsus erit CASVS TRAGICVS, qui extra Vrbis nostræ mœnia Mense Aprili currentis anni, satis magnum excitauit rumorem. Moriebantur enim die 20. dicti mensis ante portam Olaiensem auf dem sogenannten Archidiaconat. Gute, tres personæ intra aliquot horarum spatium, antea sanæ, nulloque morbo infectæ, nempe *Christianus Barthisch* sartor quidam ætatis anno quinquagesimo, deinde *Rosina Elisabet* decem annorum puella, & *Maria Magdalena* sexennis, biduo autem ante decepsit *Theophilus* octodecim mensium puer, sexta demum die post iam adductos *Iobanna* trium annorum cum dimidio puella, omnes viri supra nominati filiæ & filius. Ante hos vero, intra octo hebdomadum spatium migravit liberorum mater, iisdem propemodum ut reliqui symptomatibus. Quum vero ad unum omnes præsertim tres priores, *pulte ex pyris pistis cocta*, die 19. Aprilis cœnæ loco vix deuorata, de atrocissimis infimi ventris tormentibus mox conquesti sint, & enormioribus vomitibus

tibus, quos sudores frigidi comitabantur, corriperentur, insuperque filia natu maior die 20. Aprilis, tertia ante meridiem, & itaque nona post fatalem cœnam hora, parens, septima ante meridiem, & filia sexennis in ipsa meridie, hora scilicet duodecima naturæ effigie soluerent; non iniuste *veneni* *præcipitati* suspicio ratione pultis comeſta orta est, præsertim, quia filia natu minor, quæ ollam coctioni dietæ pultis adhibitam tantum lambit (die den Zopff nur ausgefrähet oder ausgelecket) iisdem vexabatur symptomatibus & paulo post mortua est.

Aduocabatur itaque vi Constitutionis Criminalis Carolinæ, Medicus, & quidem Excelle Dominus IOH. CHRISTIAN, KVNDT-MANN, Academ. Nat. Curios. Membrum dignissimum, vrbisque nostræ Practicus famigeratissimus, cuius etiam benevolæ communicationi, relationem, desuper exhibitam, nos debere publice grata mente fatemur, ut *quinque cadavera*, cultro subiiceret anatomico, in quem subitanæ & inopinatae mortis causas diligenter inquireret.

Corporibus mortuis probe consideratis, nullius abdomen repertum est tumidum, trium autem terga liuidi erant coloris, & quasi suffillata, quartum pectus eodem modo tinctum retulit. (a)

Pa-

(a) Haben wir äußerlich befunden, daß ben als-

len

Parens, aperto ut moris est Thorace & Abdomine, pulmonum vasa monstrauit sanguine infarcta, hepar saturate rubrum, & ventriculum aqua bile tincta plenum externe nulla inflammatione obsesum, intus vero maculas & strias copiosas inflammatas exhibentem, sanguine circa œsophagum stagnante grauidum. Reliqua ipsius œsophagi aut intestinorum fistula nihil extraordinarii in se continente. (b)

Filiæ decennis ventriculus adeo erat inflammatione obsesus, ut ipsa vasa sanguifera arrofa

len diesen Leichen abdomen gar nicht angelaufen, 3. Personen aber auf dem Rücken und einer über die Brust ganz blau gewesen.

(b) Die erste Section geschahe demnach an einem Manne ohngefehr von 50. Jahren, mit Namen Christian Bartisch, einem Schneider, bey welchem, als Brust und Bauch eröffnet waren, die vasa pulmonum sehr starke von Blut angelauffen, hepar saturaret roth, der Ventriculus voll bilioen Wassers, äußerlich nicht inflammiret, wohl aber, da man denselben oberwärts nach der Länge eröffnete, erschien er, ganz hindurch voll inflammirter rother Streiffen und Flecke, und versus œsophagum stagnante Klumpenweise Geblüte. Eben daselbst fand man harte mit Schleim überzogene Körnchen, im œsophago aber und intestinis wie auch übrigen visceribus war nichts extraordinaires zu obseruiren.

sa & corroso effent, sanguisque sincerus & lymphä dilutus in stomachi cavitatem sese effuderit, cæteris visceribus sanis, hepate saturate rubro hinc inde tamen maculis fuscis distineto. (c)

Filiæ sexennis ventriculus mitiori quidem quoad internas partes laborauit inflammatio-ne, satis tamen adhuc conspicua. Interne vero versus pylorum nodus sanguinis extrau-sati se præbuit videndus. Vasa deinde galtri-ca fundum pereptantia, magis quam apud cæ-teros turgebant, ventriculo admodum in se contracto. (d)

Puer

(c) Bey Rosina Elisabet, dessen Tochter, einem Mägdel von 10. Jahren, befand man den ventriculum am allermeisten inflammiret, sogar, daß die vasa also arrodiret und corrodiret erschienen, daß sincerus sanguis dilutus indessen cavitatem geflossen, sonst aber war bey den andern visceribus nichts anzumerken, als das hepar auch saturaret roth und etwas braunfleckicht erschien.

(d) Bey Maria Magdalena, einem Mäg-del von 6. Jahren, war die inflammatio interna wohl nicht so stark, als wie bey vorhergehenden, dennoch sehr sichtbar, externe aber konte man im Magen versus pylorum einen rechten nodum sanguinis extrau-sati deutlich wahrnehmen, sonst waren die vasa gastrica fun-

Puer biduo ante funestam cœnam extinctus, atrophicō corpore præditus, cuteque dilute vi-ridi, qui color ad vsque musculos subiectos penetrauit, in abdomine tectus, hepar magnum pariter ac vesiculam felleam amplam habuit, ventriculo ab omni inflammatione libero, visceribusque reliquis ab ordinario statu nihil deflecentibus. (e)

Filiæ natu minimæ sexta demum post patris obitum die mortuæ corpus circa pectus & dorsum erat fugillatum gracile, abdomine vero non tumido, quo aperto, hepar repertum est pallidum, fellis vesicula ultra modum & morem ampla. Stomachus deinde dissectus, fœtido liquore fusco imbutus, areolam vel maculam, fabæ minoris magnitudine, inflamatam monstrauit. Dissecto secundum longitudinem

fundum perreptantia, mehr als bei den andern angeläuffen, und der Magen ziemlicher massen contrahiret.

(e) Gottlieb von sechs Viertel Jahren, so 2. Tage vorher gestorben, war ganz abgezehret, in abdominis cute recht hell-grün, und wie diese von den musculis separaret, haben die musculi dergleichen Farbe gehabt. Die Leber erschien sehr groß, wie auch die Gallen-Blase. Im ventriculo und intestinis war nicht das mindeste von einiger inflammation, wie auch in den übrigen visceribus nichts außerordentliches wahrzunehmen.

nem duodeno lumbricus teres, spithamæ longitudine gaudens, extrahebatur, quorum plures in reliquis tenuioribus intestinis presentim eis in locis, qui externe magis fusti apparebant, inuenti sunt. Cæterum neque in imo neque in medio ventre aliquid præter naturam obseruari potuit. (f)

Facta hoc modo inquisitione facile patet, tria priora subiecta, parentem nempe duasque filias,

(f) Johanna, ein Mädgen von vierthalb Jahren, starb 6. Tage nach dem Vater. Dieses war auch, wie die ersten, auf dem Rücken blau, abdomen nicht angelauffen, ziemlich abgezehret, und da abdomen und die Brust eröffnet, waren die vasa pulmonum gar nicht also, wie bey den andern intu neseiret, hepar ganz blaß, die Gallen-Blase extraordinair groß, und als der Magen geöffnet, ein stinkendes braunes Wasser darinnen, in dessen fundo aber befand sich ein inflammirtes Fleisch einer kleinen Bohne groß. Als man das intestinum duodenum nach der Länge durchschnitte, zog man sogleich einen Spülwurm von anderthalb Viertel der Elle lang heraus, und wo man verglichen in den intestinis tenuibus that, insonderheit wo sie etwas bräunlicher äußerlich erschienen, da befanden sich vergleichen Würmer. Sonsten aber war nichts, auch in andern visceribus, zu bemerken.

filias, veneno fuisse sublata, quia non solum  
in omnibus ventriculus interne maxime fuit in-  
flammatus, sed & ipsa vasa eiusdem essent ar-  
rosa & corrosa, adeo ut sanguinolenta materia,  
velliquor sanguine tinctus in stomachi cauita-  
te extravasatus reperiatur, quæ coniunctim  
sumta signa & effectus deglutiti veneni mani-  
festissima & certissima sunt. (g)

Quum igitur beneficij suspicio sic satis esset  
confirmata, & filia demortui sartoris natu ma-  
xima Anna Eleonora viginti annorum puella 19.  
die Aprilis ex pharmacopolio vrbis nostræ in-  
foro salino sub æthiopis signo patente, CO-  
BAL TVM pro grossiculi pretio emerit, eiusque  
vnum lothonem cum dimidio acceperit, in  
eam perpetrati sceleris cecidit præsumtio, &  
quidem, ut legalis deinde probauit inquisitio,

iu-

(g) Aus dieser Untersuchung erscheinet klar, daß  
die ersten 3. Personen, als Vater und 2. Kin-  
der, offenbahr durch Gifft hingerichtet wor-  
den, weil bei allen nicht allein interne der Ma-  
gen heftig inflammat, sondern sogar die vasa  
ventriculi arrodiret und corridiret gewesen,  
daß sanguinolenta materia in cauitatem  
ventriculi sich extravasaret, welches unfehl-  
bare signa und effectus bekommenen Gifftes  
seynd. Die harten Körnchen aber waren  
nichts anders als die gewöhnlichen Saamens  
Kerne der gebackenen Birnen.

Spec. V.

G

iuste. Nam emtum venenum totum, parenti, sororibus & fratri, ex nouerca natis, in pulte ex pyxis pyris ab eadem præparata, deuorandum obtulit. (h)

COBALTVM autem periculosem esse venenum ex celeberrimorum nostri æui medicorum testimoniis abunde patet. Sribit enim Excell. HERM. ERID. TEICHMAYER Med. Prof. Ienensis (i) *Arsenicum album flauum rubrum & COBALTVM vera venena sunt: COBALTVM enim officinarum nihil aliud est, quam fuscus puluis adeo vene-*

(h) Da nun Anna Eleonora, seine älteste Tochter, eine Weibs-Person im 20sten Jahre, den 19. April in der Apothecke auf dem Salzringe althier vor ein Gröschel Fliegenstein gefodert, und auch davor anderthalb Loth erhalten, welchen sie dem Vater und z. Geschwistern in einem gebackenen Birnen-Brey, gegen Abend um 6. Uhr zu essen gegeben, davon das letzte, welches noch 6. Tage gelebet, nur den Topff ausgekratzt, so haben alle zusammen sogleich die heftigsten tormenta des Unterganges empfunden, die enormesten vomitus unter sudoribus frigidis bekommen, bis das älteste Mädel frühe gegen 3. Uhr, der Vater darauf um 7. Uhr, und das Mädel von 6. Jahren, um 12. Uhr Mittags Todes verblieben.

(i) *Institut. Med. Legal. vel Forens. cap. XX. pag. 165.*

venenosus & corrosius ut in nulla charta contineri possit, & quoniam muscas aliaque insecta enecat, ideo Fliegenstein appellatur. Huic sententiæ accedit Excell. MICH. ALBERTI Med. Prof. Hallensis (k) ita nomine facultatis Medicæ quodam in casu parallelo scribens: Daz der so- genannte Fliegenstein oder Fliegenpulver, welches inquisitin ihrem Groß-Vater in der Surpe beygebracht, nichts anders sey, als die Cadmia fossilis & metallica, und das von dem Bergleuten sogenannte COBALTVM. Alldie- weil denn nun dieses minera die wahre minera des Arsenici ist, welches durch sublimation, wenn aus dieser minera die blaue Farbe gemacht wird, durch Heftigkeit des Feuers heraus- getrieben, und hernach zusammen geschmolzen wird, und aber bekandt ist, daß das Arsenicum eines von den größten Gifften, so ist leicht zu schliessen, daß die minera, woraus es gemacht wird, ob sie gleich nicht so giftig, wie das Arse- nicum, dessen allen aber ungeachtet gleichfalls wegen seiner giftigen Natur die Art hat, daß man einen Menschen oder Vieh damit umbrin- gen kan, dahero es auch von dem MATTHESIO in Sarepta pag. 430. Pferde-Gift genemnet wird, und berichtet derselbe, daß von des Cobalts Rauch und Staub viele Bergleute sterben, und die Wasser vom Cobalt denen Bergleuten die

G 2

Hans

(k) Iurisprud. Med. Part. postrem. Append. Cas-  
XXVII, pag. 168.

Hände und Füsse anfressen, ia, es tödtet nicht allein die Fliegen, sondern auch Ratten und Mäuse, und ob man zwar wenig Exempel hat, daß Menschen damit umgebracht sind, so kan doch solches allerdings geschehen, und zwar bey einem Menschen der alt und schwach ist, und nicht viel Kräfte mehr hat, dem Gifft zu widerstehen, — dahero kein Wunder &c. Immo, quum Illustr. FRID. HOFFMANNVS Reg. Bor. Consil & Med. Prof Hallensis fateatur (1) Arsenicum triplo nocentius esse cabalto. & sex Arsenici grana interficiendo homini sufficient, consequens est: vt octodecim grana Cobalti eundem præstent effectum. Quia vero Pater duæque eiusdem filiæ veneni vnum lothonem cum dimidio, hoc est CCCXXX grana puli mixta deuorarunt, sequitur necessario, vt mors veneno accepto absolute sit adscribenda. (m)

Quod

---

(1) Medicin. Consult. Part. I. pag. 146. conf. Indic. voce Arsenicum.

(m.) Nun haben dieser Mann und seine zwey Kinder 330. Gran in bemeldten Birn-Breh eingegessen, daher folget also nothwendig, daß da iede Person mehr als 100. Gran verschlukket, ia, wenn man auch auf beide Kinder zusammen nur 100. Gran rechnet, von dieser grossen Quantität bey diesen 3. Personen, ob berührte Zufälle entstehen, und der geschwinden Tod darauf erfolgen müssen,

Quod autem puerulum biduo ante patrem mortuum adtrinet, licet vix semihorulæ spatio ante matris decessum (quæ duobus mensibus ante funestam tragœdiam, non sine suspicione veneni in crambe cocta propinata e vita migravit) lac adhuc ex vberibus luxurit, dici nequit eundem ex veneno diem suum obiisse supremum. (n)

G 3

Ea-

(n) Was aber das kleine Kind von 6. Viertel Jahren anlanget, da dieses noch eine halbe Stunde an der vor 8. Wochen verstorbenen Mutter Brüsten gesauget (von dieser aber eine grosse Vermuthung, daß sie ebener massen mit Gifft hingerichtet worden, indem sie frühe um 9. Uhr gekochten Braunkohl gegessen, welchen eben diese ihre Stieff-Tochter abgekochet, und sich sogleich übel drauf befunden, auch alle Symptoma eingenommenen Giffts sich bey ihr, wie oben bey diesen geäussert, auch nicht vor voll 12. Stunden darnach gelebet) so kan man dennoch nicht gewiß anzeigen, obgleich abdomen externe ganz sonderbahr grün gewesen, weil dieses Kind schon ein paar Wochen vor Absterben der Mutter sich übel befunden, auch noch 8. Wochen hernach noch gelebet, sich immer mehr und mehr abgezehret, wie viel das Gifft bey der Mutter, so etwa dem Kinde mit der Milch hatte communiciret werden können, zu dessen Absterben möchte contribuaret haben.

Eadem sententia etiam ferenda est circa mortem Iohannæ, quamusi simul pulte vescebatur. Parum enim veneni spissæ pulsi inspersi ad ollæ fundum penetrasse, & exinde exiguum eiusdem quantitatam deuoratam esse videtur, accedit, quod per sex adhuc dies, licet similibus conflictata symptomatibus vixerit, & lumbricis, quos forte venenum irritauit, vexata fuerit. (o)

Ita

(o) Ebener massen so ereignet sich dieses bey Iohanna, einem Mägden von viertehalb Jahren, welche zwar auch von diesem vergiffeten Birnen-Brey den Lopff aus gekrähet, es muß aber in diesem stampfichten Brey wenig des Gifftes bis auf den Boden oder die Ränder des Lopffes kommen seyn, weil dieses Kind nicht allein noch 6. Tage gelebet, sondern auch bey der Eröffnung nur ein Fleck einer kleinen Bohne groß inflamiret inwards im Magen gefunden worden, außer daß viele Spuhlwürmer in den intestinis latitiret, dergleichen dem Kinde 2. Tage vor seinem Ende durch den Mund und per anum herausgefrochen. Ob nun von diesem wenig bekommnenen Gifft, die Würmer irritiret, oder da frühe, nach Abends zuvor bekommnenem Gifft, diesem eingeflößte Milch mit Baum-Dehl, und da ich darzukommen, ebenermassen angerathne Milch mit Mandel-Oel, und die darauf gegebenen analaptica das Gifft einigermassen obtundiret, daß das

Ita sese habet vera huius beneficij historia, quatenus ad medicum forum pertinet, reliqua Themidi sunt relinquenda, eiusque antistitibus, quorum sententiam, & in atrocissimum PAR-RICIDI crimen constitutam pœnam Venefica non euadet.

das Kind noch so lange gelebet, hat man vor gewiß nicht anzeigen können. Nun wird zwar auch angegeben, daß bey denen, die ex veneno umkommen, der Leib kurz nach dem Tode aufzulauffen pflege, ia, es fänden sich auch wohl hin und wieder an demselben grosse Striemen und blaue Flecke, da aber Herr D. HOFF-MANN Loc. cit. Part. I. pag. 6. meldet, daß hieraus gar nichts Zuverlässiges zu schließen, weil bey jedem geschwinden Tode, sonderlich si corpora sint completa & sanguinea solches zu geschehen pflege, bey andern aber, die nicht viel Blut in den Adern haben (dergleichen es bey allen diesen Menschen gewesen) es nicht obseruirt würde. Wie denn auch die venæ in pulmonibus turgentes nichts anders anzugeben scheinen, als daß durch oftmalhs repetirte heftige vomitus die ganze Lunge allzusehr expandiret worden.

TANTVM.



IN-

# INDEX.

- Obseruat. I. Anonymi : Carbonum viuorum vapor  
noxius & exitialis. pag. 3
- II. Eiusdem Anonymi : Erysipelas febre iti-  
patum, corpus grauidæ totum perrepens 11
- III. D. Gothofr. Henr. Burgharti : Tumor  
erysipelaceus abscessum minitans, per do-  
mestica peruersè tractatus in cancrum oc-  
cultum degenerans. 19
- IV. Eiusdem: Ouum verrucosum. 26
- V. Eiusdem: Libellæ seu Perlæ Sudeticæ. 28
- VI. D. Carol. Wilh. Sachsi: Rosa proli-  
fера. 35
- VII. Dysenteria superueniente vomitu vermi-  
noso letalis. 41
- VIII. D. Christoph Timoth. Burgharti: Ex-  
perimenta cum succo vel Rore Aloes floren-  
tis olim facta 45
- IX. Salis Anglicani in Podagra vsus. 50

## Mantissa.

- Num. I. D. Gothofr. Henrici Burgharti Epistola ad  
Excellentiſimum D. D. Christianum de  
Helwich conſcripta, qua de Curæ Lactis &  
ſanguinis Antiquitatibus diſſeritur. 61
- II. Veneficij Historia, ex Medici ſectionem  
cadauerum adminiftrantis relatione con-  
cinnata. 91








f. 5. p. 103. off. 3.  
p. 103. off. 3.  
p. 95. off. 3.  
p. 103. off. 3.  
p. 103. off. 1.  
p. 128. f. 1.  
p. 110. f. 1. off. 2.  
p. 162. f. 11.





the scale towards document

nostri solaris systemate, uno verbo, planetae, in stellam fixam, tangentes, & propter itae suae, siue illa circu- siue parabolica fit, per nostrum sistema adueniam extendentes & sic in venientes, moxque li, sub quo cernuntur barbatos, vel caudatos deesse ipsi videntur anim eandem haud plane entia, modo ex obser- t, Cometam supra Sa-

DLION.

xpliando Cometarum omenis maximam par- tiam hypothesin adoptauod de mutatione cor- in Cometam, & destruer Cometam dicit, non in auenerit. Curiosum aeterritendum, quod *Sinops. Cometic.* habet, tentiae robur aliquod Nam Cometarum dos, ubi scilicet eorum orbitae telluris inter- secat,

033  
Patch Reference Chart TE63 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart